

Th.

1. (S)
2. L



No. 1, 44.

S. N. 1, 38.

1. (Bevezlandi) Peccatum Originale.
2. Leonhardi Ryssenü Justa detestatio
hujus libelli.

Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Partial view of text on the adjacent page, including the letters 'C', 'I', 'T', and 'A'.



PECCATUM
ORIGINALE

καὶ ἐξοχῶς sic nuncupatum;

PHILOLOGICE

ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΙΚΩΣ

ELUCUBRATUM

THEMIDIS ALUMNO.

Vera redit facies, dissimulata
perit.

Psalmographus Ps. LVIII. commate IV.

*Abalienati sunt impii inde à vulva, erraverunt
ab utero; loquentes mendacia.*

Proba merx facile emptorem reperit, tametsi
in abstruso sita sit loco.

ELEUTHEROPOLI.

Extra plateam obscuram, sine privilegio
Auctoris, absque Ubi & Quando. ✕

VERSUS
TRAGICVS
COMICA
D
Versibus exponi tragicis res comica
non vult.

FABIUS Lib. XII. c. 6.

Non differendum est tyrocinium in Senectutem;
nam quotidie metus crescit, majusque fit,
semper quod ausuri sumus: & dum deliberamus,
quando incipiendum sit, incipere jam serum est.
Quare fructus studiorum viridem, & adhuc dulcem
promi decet, dum & venia & spes est, & paratus
favor, & audere non dedecet; & si quid desit operi,
suppleat ætas: & si qua sunt dicta juveniliter, pro
indole accipiuntur.

Tu quoque nequitas nostri lususque libelli
Uda puella leges: sis Patavina licet.



Nobili Consultissimoque

V I R O,

DOMINO. N. N.

Elegantiori Sophiâ Initiato

A. B.

Bene rem gerere.

SI nosse dignaris quantam pe-
ctoris mei portionem occupa-
veris, asylum Suadæque me-
dulla mea, non ex deunce, sed
toto ex asse illud possides. Hucusque Gor-
dio contubernii haud tralatitii glutine uniti
coaluimus, & litterarum, nectaris florum-
que ubertate (quem thymum equidem
non spirent hæ) refertarum commercia re-
ligiose facta tectaue coluimus; ne tamen
ancipiti invidiæ telo secarentur, nosque
divelleremur, iterum adamantino publici
testimonii nexu me tibi devincio, ut æquali
lance mecum certare digneris. Nec equi-
dem nunc doctrinam, dexteritatem, can-
dorem pariter ac humanitatem tuam dig-

A 2

nis

EPISTOLA

nis encomiis profequi institui, dum omni virtutum gloriâ conspicuus & pollens precariis testimoniis non juvaris. Scio equidem proborum candorem Stoicidarum livori subjacere; sed miror crudo mendacio infontem me hodie fauciatum. Constitueram Libros tres de *Prostibulis Veterum* typis mandare, quorum contenta dum Initiandis subinde patefacio, nescio quo Dæmoniâci zeli fôtu (nec enim omnes eadem mirantur aut amant) factum sit, ut è furno & lacu redeuntes puellæ me inverso pollice occiderent populariter: dum *Hagæ* inter fœmineas cathedras paulisper desidebam, causam inquirô:

Gerræ germanæ, atque ædepol Lyræ Lyræ.
Referunt lascivæ, contortis superciliis subridentes, Tribades, *Celso dictare paratæ*, se à fratribus procifve intellexisse, me membrum illud, quo viri cluimus, arborem boni & mali, mulierum absque fundo pyxidem, Paradisum (quem in *Mezza-potta-mia* fuisse Italæ fatentur pupæ, denotantes concham, qua tuentur nuptiarum titulum: ita *λειμών* apud Euripidem, *πεδίον* apud Aristot-

stopl
apud
præt
vêre
Qu
Me c
advoc
(7

Ita c
confu
lo sp
& ar
mus
mus,
vove
cet, u
fitan
penn
mira
fitis
fi tan
in er
ram

stophanem, & $\nu\acute{\alpha}\pi$ (apud Hesychium, ut apud Plautum *hortus & saltus*) asseruisse, & præterea rationes convitii non plures movere

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Me dius fidius bona conscientia turbam
advocat.

*(Turpe quidem dictu, sed si tentigine rum-
par)*

Culpantis cupiam sustinuisse femur.

Ita comparatum est, ut quæcumque præter consuetudinem emicuerint, repentino oculo spectemus, interrogemus, ostendamus, & antequam ipsi perspexerimus, legerimus & intellexerimus concepta relinquamus, & ut abominanda Tardipedi Deo devoteamus. Adeone inhumanum esse decet, ut inaudita, ad mentem referentis, forsitan furentis aut stolidi, ilico diris mancipemus! Nihil adeo absorum, quod non mirari omnes desinant, si præjudiciis sepositis rem lynceis intueantur oculis. Quod si tamen agnitâ veritate perseverare velint in errore, eos ut contumaces ad Anticyram relego, ut helleboro & porculo se pi-

E P I S T O L A

ri finant donec resipiscant. Nulla in re improba sacraque rerum industria dexterius lusit, quam in tanta ingeniorum varietate. Mentis caligo magis errorum amore, quam errandi necessitate agitur, & ut sui aliquid videatur afferre, etiam recta commutat, adeo ut diligenti cura errorem vix cavere possis, *Qui cavet ne decipiatur, vix cavet cum etiam cavet. Et quum cavisse ratus est, sæpe is cautor captus est.* Cum circa ingeniti nefas originem atque naturam Siculis gerris vaniora comminiscantur in specu Trophonii Innocentiæ Fontes, & è lintre Holophantæ, quibus jure meritoque repagula objecta sunt, ne pauperiem facerent. (Salva tamen fidis Solymarum legum interpretibus reverentia.) Ideo ausus fui mea styli mucrone chartis illinire. Inter Antistites Ecclesiæ Primitivæ Origenes aliique Episcopi atque Presbyteri opinioni meæ favere videntur: haud tamen scio an recte & penitus enucleaverint, tu interim, Vir Perspicax, oculatâ fide cernere & dijudicare poteris. *Qui bene conjecerit, hunc vatem perhibeto optimum.* Quiritaris

ris forsan me nimis audacem

Meque sub his tenebris nimium vidisse queris:

Quasi ea quæ penes Deum manere voluit Spiritus Sanctus, petulanter perscrutatus sim. *Neque enim impune quisquam quod non licuit aspexit.* Istud Quartillæ locum habet quo ad prophanos Priapi & Eleusinæ Cereris orgiorum Sacrilegos, quod plane in me desperatum nosti scomma. Curiosis sciscitatoribus, Quid Deus fecisset ante jacta mundi fundamenta, reposuit cum Euclide Augustinus, iis similibusque gehennam fabricasse Deum. *Quis enim novit mentem Domini, aut quis ei consiliarius fuit?* Temerarie itaque Pseudo-Dionysius Areopagita cœlestem Hierarchiam affectatâ prædicavit arrogantiam. Hujus autem peccati ubique non meminisse dignatur Sacri Codicis auctor, licet arborem mysticè explicuerit Pentateuchi scriptor. Denique & desperatissimum perfugium est, se nolle ea investigare, quibus sine salutem æternam consequi possit. Quotidianum istud ac sine fructu jurgium eruditâ suâ inscitiâ (quam

E P I S T O L A

Divinæ auræ particulam fere dixeris) Scalliger ipse enervavit. Inficias equidem non eo, nimiam sæpe nocere diligentiam, ideo ne literarum intemperantiâ rationis egestas laborare videatur, verbis *necessitatis* iolis utar, ne fæce petulantiaë sermonisque lubrici pruritu polluatur ratiocinatio, in qua severitatem comitatemque sic miscui, ut nec illa in tristitiam, neque hæc in scurrilitatem degeneret. Tale temperamentum secutus sum ut ars sua arte latere possit. Causidicorum figuris lis exprimenda: Lampfaceus Deus Lampfaceo tumet cantu, sive velit sive nolit, aliter hæc sacra non constant. piperatis dictis, mascula soliditate perpolitus, nisi Veneris mysteria describantur, omnis dictionis peribit gratia, ita ut contrarium sæpe eliciatur, si sententiarum nitor, velut cortinis veletur.

- - *Nunquam adeo fædis adeoque pudendis*

Utinur exemplis, ut non pejora supersint.

Consilii & instituti summas habes, amicorum intime, fer sententiam (sunt verba Senecæ: commodius nihil est, quam semper sapientissimorum effatis sua polire) & pro-



pronuntia quis tibi verisimillimum videatur dicere, non quis verum dicat, id enim tam supra nos est, quam ipsa veritas. Quis à prima parentum simplicitate degener sibi polliceri auderet, se clare & distincte omnia percipere posse? vereor ne pro Junone nubem amplexaretur tremulus. Divinæ enim sapientiæ est verum scire.

--- *Poëta tabulas cum cepit sibi,*

Quærit quod nusquam est gentium, reperit tamen.

Facit illud verisimile quod mendacium est.

Interim cum inter lusciniarum querelas, & inter crocitantium corvorum latratus, & veteratorum struthiocamelorum susurros versaris, scire a veo ecquid Venus inâ lucernâ dignum judicaverint prophani, eaque umbræ tuæ reveles, neque vicissitudini mutux affectionis remunerandæ longiores moras injicito, utpote à me iterata ad te meabit salutatrix pagina, cottidianæ charitatis de plano τεκμήριον, quod ut indies per lustra, propitio numine, fiat, opto vehementer, sperare licet vix finat præmeditatum in facundam Galliam, Causidicorum nutriculam

EPISTOLA AD D. N. N.

Et penitus toto divisos orbe Britannos
Iter, nisi remora tumultusque civiles,
quos Tardipedi Deo sacratos velim, sistant
naviculam. Verum enim vero finas ore ro-
tundo Pace tuâ, tuos verborum globulos,
quibus sincerum affectum nupra erga me
impertiri dignabaris, nunc in auctorem
suum retorquendo vibrem. Credo nec Ore-
stem Pyladem, nec Castorem Pollucem, nec
Narcissum semetipsum tam perditè amasse,
quam ego te, decus & ornamentum meum, di-
ligo. Sed quis, flos populi delibate, tuum
pectus, generoso incoctum honesto, pari-
ter ac ponderosam ingenii tui vim non de-
periret, nisi mentis inops? Lætus sum cum
Hectore Næviano laudari me abs te viro
laudato. Adeoque præfiscine nunc, affatu
brevis Mattiacus, exclamare cogor,

*Vive diu, proprios ego tecum, dulcis amice,
(Sit modo fas) annos contribuissè velim.*

Haud

Haud obscuri nominis Iustitiæ

A N T I S T I T I S,

D E

P E C C A T O
O R I G I N A L I

Dissertatio Philologica.

Bonum Factum,

I. N. D. N. I. C.



Ominus Deus præter quem nemo,
Universi Creator T. O. M. qui
est, qui erat & qui venturus est,
propter se, æterna sua consilia
* *mysterii pietatis*volvens, decre-
vit cum præde ac vade, iudice ac Paracleto no-
stro Jesu, hominem salvare, quem degeneratu-
rum noverat, ast per Spiritum Sanctum arrha-
bonem, sponforem ac obsidem adoptandum &
restaurandum gaudebat, ad laudem gloriosæ
suæ gratiæ, quâ nos gratis sibi acceptos effecit
in illo dilecto. Fatum ! fatum ! exclamarent
hic gentium naturæ Consulti : at ego numen

Deutr. VI,
4. Dei.
** I Timot.*
III, 16.
Proverb.
VIII, 22.
Joh. III,
16. xvii, 9.
Hebr. VII,
22. Decre-
tum.
IPet. I, 19.
20. Actor.
xv, 18. Eph.
III, II.
Joh. XIV,
16. 17.
Gal IV, 5.
6. Ephes.
IV, 30.
Ephes. I, 6.

nu-

* Hesiodus.
 Ovidius.
 Homerus.
 Job. xxx-
 viii, 6.
 Cœli.
 Apoc. iv.
 6.
 Jesh. vi, 3.
 Angeli.
 I. Scaliger.
 Exerc. 38.
 Levit. arg.
 xix, 19.
 Gen. i, 21.
 ii, 7.
 Rom. i, 20.
 Hebr. xi, 3.
 Ps. 124, 8.
 Hebr. i, 1.
 Job. i, 1.
 Job. iii,
 34.
 factores.
 Job. xxxv.
 com. 9.
 Eccl. xii, 1.
 Rom. 4, 17.
 Tertullian.
 adv. Her-
 mog. c. 22.
 adv. Marc.
 l. v. c. 1.
 adv. Herm.
 c. 6. adv.
 Prax. c. 4.
 Actor.
 xxvii, 21.
 Prap. En-
 ang. l.
 xiiii, 12.

nutumque divinæ voluntatis haud tralatitiis hic agnosco indicis. Unitatem in Trinitate, ante indigestam molem pondusve illud iners, quod dixere chaos * gentiles, Deum Opt. Max. ab æterno, qui cœlos ex nihilo, in eisque omnem angelorum exercitum, ut unanimi Ἀλληλούια creatorem suum glorificarent Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ζῶν καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, terramque tricies semel millium quingentorum milliariorum amplam & in ea omnia animalia exceptis ginnis, burdonibus, & lyciscis, sine semine, pisces ex aqua, hominem ex terra creavit, existisse & ratio & fides nos docent. Quis mensus est pugillo suo aquas? quis appendit in bilance montes & colles, nisi Deus seculi Dominus? Ille incomprehensibilis pariter ac omnipotens Univerſi, visibilium & invisibilium conditor ac rector, non equidem simplici eloquio, sed sapiente verbo Filio suo unâ cum fœtu divinæ potentiæ Spiritus Sancti, omnia, quæ non sunt, vocavit tanquam sint. Omnipotentem hanc Trinitatis voluntatem ac terrarum cœlique fatorem agnoverunt Ethnici, quos res factæ ad aliquid non factum deducebant, ut Aratus teste D. Paulo *, Sophocles, Euripides & Epicharmus. Aristobulus apud Eusebium creationem septimo die

com-

completam observavit. Contra Ariitoteles &
 * Plinius mundum pro numine habuere. Dia-
 bolica Idearum sacramenta fovit inter Chre-
 stianos potius quam vere Christianos Julius
 Cæsar Vaninus, qui cum Marone & Cardano
 Titania astra hanc molem agitare hariolatur,
 solem cœlorum animam & Deum suum prædi-
 cat, eique gratias agit pro ingenti illa doctrinæ
 mole à Deitate illa acceptâ, omnia istius Dei
 digito, quem sphæræ octavæ cancellis incar-
 cerat, per influentiam cœlestium corporum
 perfici docet: adeoque Mosen, Christum &
 Mahometem fuisse sidereos legiflatores, stella-
 rum fato Iudaismum Christianitati, & Mahu-
 metismo Christianismum locum cessisse, De-
 nique ut Ninus per Zoroastrum magum &
 Apollonius per astrologiam, ita & eadem va-
 fricie cæteros legiflatores decepisse orbem im-
 pius prophane bacchatur. Nil mortalibus ar-
 duum, cœlum ipsum petitur stultitiâ! Ascletario-
 nis obiit fatum: cum mundi conflagrationem
 cum Cæcilio exprobrasset, femet vivum
 Vulcano mancipari sivit stolidus. O curvæ
 mentes! cœlestium inanes! Vidit & ætas mea
 genuinum Apollonium Molonis, Spinosam,
 qui ex Hobbesii hypothese nullum Deum præ-
 ter fixum illum naturæ ordinem, sive rerum
 naturalium fatalem concatenationem, venera-
 ba-

*L. II. c. I.

Vaninus
Lucifuga.

In Dialog.
LVIII. &

Amphit.
Divina

provid.
Applic

huic I Cor.
III, 20.

Proverb.
XIII, 13.

Fer. 8, 9.
Job. 21.

14.
Ita & Bo-

dinus in
theatro na-

tura. & in
Dialogis

de abditis
rerum su-

blimum
arcanis,

necdum ty-

pis excu-
sis.

De quo Jo-

seph. I. I. c.
contr. Ap-

pion.
Spinosa.

αθεολο-
γία.

In operib.
Posthuma.

itiis hic
e, ante
, quod
Max. ab
omnem
ηλουα
γία,
πωρ, ο
tricies
m am-
ginnis,
fces ex
tisse &
est pu-
e mon-
? Ille
s Uni-
ac rec-
piente
tentia
vocavit
nitatis
agno-
id non
ulo *,
Aristo-
no die
com-

Iustitiæ Antistitis

4

*Amos 6,
10.*

*Dial. 15.
de Fluvior.
gener. Item
Koerbagh
in zijn
Bloem-hof
van allerley
liefslyckheyt
sonder ver-
driet. Sacer
libellus!*

Psal. 90, 2.

Coeli.

Actor. 14.

17. cum c.

17, 27.

Ovid. L. 1.

297. Fast.

Tertull. c.

17. Apo-

log. Psal.

19, 1.

Psal. 8, 5.

Lege Rom.

1, 20. A-

rist. de

mundoc. 6.

Basil. Selv.

Orat. 1.

Angeli.

batur : nimirum cum Sacrum Codicem Orlando furioso comparet vafer impostor, sicut Vaninus Salomonis proverbialia dixerat populares sententias, & cupidinosos versiculos omni lepore destitutos. Hi sunt impostores sub Athei (sic verbi abusu venia, nam & hic naturam, alter & solem pro Deo habuit) ficta velataque personæ, speculativi : de puris putisque Politicis pariter ac Epicuri de grege porcis alias dicendi locus. Nos ex scaturigine aquarum viventium novimus, antequam montes gignerentur & produceret terram rerum opifex, à seculo ad seculum extitisse omnipotentem. Tollite sursum os sublime erectosque vultus & oculos ad sidera vertite, & videte : quis creaverit hæc ? & per creaturas, tanquam per scalam ad Deum ascendetis. Quum itaque cernamus cælos, opus digitorum Dei, lumen & stellas, quas disposuit, nonne cum Sacro Vate exclamare necesse habemus ? *Quid est homo, quod memor es ipsius ? & filius hominis, quod visitas ipsum ?* ipse Lucilius apud M. Tullium : *Quid enim esse potest tam apertum tamque perspicuum, cum cælum suspeximus, cælestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod Numen præstantissimæ mentis, quo hæc omnia regantur.*

S. II. Creavit itaque Deus omnia quæ in cælis & quæ in terra sunt, visibilia & invisibilia,

lia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates. Fecit angelos Spiritus ministros suos, ignem flammantem. Quæcunque itaque secundum beneplacitum creaverat Sator, ea erant omnia *valde bona* ait Hebræus Scriptor. Cuncti itaque boni erant angeli, qui in sanctitate sua perseverare potuissent, si voluissent, sed non perseverarunt velle: myrias myriadum electorum, creatoris gratia adjutum, perseveravit, milleni non servarunt suum principium, sed reliquerunt proprium habitaculum, ad judicium magnæ diei, vinculis æternis sub tenebris vincti. Negent itaque Sadducæi, Enthusiastæ ac Hobbes & Amstelodamensis ille Thales * Milesius iis suppar, qui dignus ut cum Core, Dathan & Abiram, vivus terra absorptus in infernum descenderet, aliique qui Cyclopicam ducunt vitam, Angelorum Dæmonumque existentiam, dum ipsi alias nulli litant, quam ipsi quem negant.

Similes amant labra lactucas.

Eorum autem Hierarchia quæ quantaque sit penes Deum nostrum esto. Melior est ergo fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. Licet gehenna infidelibus necdum videatur constructa, deceptos tamen fero se videbunt Sadducæorum asseclæ, dum ea quæ de Dæmonibus legimus, de phantasiæ & imaginatonis male

Coll. I, 16.

Pf. 104, 4.

boni.

Jud. 9. 6. mali.

Act. 23, 8.

Hobbes Leviath.

**Koerbach.*

Vanini

Dialog. p.

366. 407.

419. 432.

Rom. I, 18.

19. 20.

6 *Justitiæ Antistitis*

dispositæ aberrationibus interpretantur. verum
ad Spartam.

Rab. Eliez.
c. XXII.
Apolog. I.
Adolol. c. 9.
**L. II. c. 4.*
L. I. c. 4.
& Philo de
gigans.

§. III. Cum Rabbini & Cabbalisticis Patres,
Justinus Martyr, Tatianus, Clemens Alexan-
drinus, Eusebius, Tertullianus, * Lactantius
& Sulpitius Severus nec non Josephus volunt
ex cap. VI. com. 4. Geneseos *Filios Dei* (ut
equidem dicuntur angeli Job. 38. §. 7.) An-
gelos ante diluvium è cælo excidisse & cum fi-
liabus hominum concubuisse, ex quorum pa-
tratione Gigantes procreatos quovis sacramen-
to contendunt. Franc. Valesius Dæmonas in-
cubos intelligit, ex quibus nati essent Seirim &
Schedim, Striges, Lilith.

c. 8. in Phi-
los. S.

Esa. 13, 21.
& 34, 14.

Et rustica numina Fauni

Et Nymphæ & Monticolæ Silvani.

Quæ nos de Cercopithecis & morbo Ephialti-
co & vulvæ conversione intelligenda esse sigil-
latim L. II. c. ult. de *Prostibulis Veterum*, de-
duximus. Somniorum hæc interpretamenta,
quæ eruditos in errorem præcipitarunt, orta
sunt ex Lectione Versionis LXX Interpr. Philo
Judæus sic locum Mosis allegat: ἰδόντες οἱ ἄγ-
γελοι τῶ θεῷ τὰς θυγατέρας τῶ ἀνθρώπων.
Josephus πολλοὶ ὑβριστῶν ἐγέννησαν παῖδας.
quibus suffragantur Eusebius nec non Augusti-
nus. Sapienter autem Sospitator noster Saddu-
cæis

Plin. L. 7.
c. 52.
Similia in
Enochi A-
pocr. & in
Chron. A-
lex. Cedre-
no. consule
Scalig. ad
Euseb. p.
234.

cais reposuit. Εν τῇ ἀναστάσει ἔτε γαμῶσιν Math. XXII, 10.
ἔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς Ἄγγελοι τῷ
Θεῷ ἐν ἕρανῶ εἰσι. At ego tibi sermone isto
Milesio fabulas diutius conserere, auresque tuas
lepido susurro permulcere nolo:

Hominem pagina nostra sapit.

Nimis futile Tertullianus, Angelos illos vocat
desertores Dei, amatores foeminarum, proditores
hujus curiositatis, & propterea quoque damnatos à
Deo: cum ex Divinis oraculis conjicere potuif- Eccl. x.
set, eos ob rebellionis ausum & ambitionis at-
tentatum in tenebrarum regnum fuisse prius de-
trufos. qualis autem fuerit illa superbia supparo
silentii involvit Spiritus S. Invidiæ urticâ per-
citus Dæmon Evam illico arrogantiaæ cestro in-
festavit, mox libidinis pruritu infecit, quibus se
& maritum & cunctos seros nepotes suos præci-
pitavit. Geneseos comina ante memoratum,
digressionis nostræ scopo eo usque infervit, ut
fideles istos, post protoplastas, pulchritudine fi-
liarum delectatos arguat peccati originalis di- 2 Pet. I, 4.
applica &
1 Petr. c.
11, 9. Psal.
105, 6.
2 Reg. VI,
3. Matth.
XI. 19.
2 Reg. II,
12. 1. Pet.
III, 20.
Luc. XVII.
rum nefas. Filii Dei (homines sancti ut ἱε-
ρωῶν παῖδες pro medicis: sic Hoseas filius Be-
ri, nam discipuli Prophetarum dicebantur filii, &
ipsi Vates patres) id est Sethidæ cum infideli-
bus (non plebejis) Caini filiabus ac neptibus
scelestis feminis iniquatione sese polluerant.

B

Se-

. verum

s Patres,
Alexan-
stantius

s volunt
Dei (ut
) An-
cum fi-
um pa-
cramen-
onas in-
eirim &

phialti-
fle sigil-
m, de-
menta,
t, orta
r. Philo
oi Ἄγ-
ρώπων.
ταῖδας.
ugusti-
Saddu-
cais

Suid. in
Σηθ.

Sethidæ.

Lege fodes
Seldeni c.
III. Pro-
log. de Diis
Syria.

I. Hesiod.

Psal. x.

Carm. III,
6.

Gal. v, 19.
Gen. xxxv,
22. 2 Sam.
xi, 4. &
c. xiii, 2.

Sethidas noto, quia Abel ἀπεκνύσθη, quem non immerito παρθέρον *cælibem* dixit Suidas. Cainitæ Religionis obtentu Dei populum, qui publice cœperat Dei nomen invocare, dolo malo circumvenerant, cuius cœtus pulchras tremulis oculis devorabant puellas, foedaque copula cum iis mista commovere inguina, ex quibus robusti & salaces nati sunt Spurii, nefarii ac incestuosi, dicti *Gigantes*, potentes à seculo, viri nominis *Nephilim*. non quod contra Jovem lacertos moverent, sed quod virtuti castra opponerent, quia mox non minus libidine grassati, sceleribusque ob apostasiam à Deo lapsi, effera, ignota, horrida, tremenda cœlo pariter ac terris mala edidère, unde Lyricus:

*Fœcunda culpæ secula nuptias
Primum inquinavere & genus & domos;*

Hac fonte derivata clades

In patriam populumque fluxit.

Rationem subjungit textus, quia homo caro erat, at carneus non potuit producere, nisi *μαιχρίαν*, *πορνείαν*, *ἀκαθαρσίαν*, *ἀσελγείαν*. Ut in primorum peccatorum catalogo recensentur enormis polygamia, divortia, incestus, adulteria, scortationes & vagæ libidines. Cum itaque videret Deus cogitationes mortalium libidine ab infantia esse depravatas, dicitur pœnituisse, quod

quod fecisset hominem in terra: Dum adeo hac
labe ferruminatus esset, ac Martialis exclamans

L. xii.
Ep. 28.

Sic me vivere, sic juvat perire!

§. IV. Eadem chorda cum Tertulliano errant
minorum gentium θεολόγων παῖδες (pace hu-
maniorum studiorum praesulum dixerim) qui
mulieres in templo velatas volunt ob caelestes
angelos; ne pulchritudo earum illecebra sint ange-
lis ad eas libidinosae amandas: adumbrari debet
facies tam periculosa, quae usque ad caelum scan-
dala jaculata sit. In capita nundinatae virginita-
tis graphice, & jure merito invehuntur Ecclesiae
antistites Hieronymus, Clemens ac Baronius.

Tertull. de
habitu mu-
lier. & de
veland.
virginib.

Damasce-
nus Ep. de
Trisag.

Annal. non
Tom. I. c. 1.
an. LVII. c.
1. Corint.
XI, 10.

Mulier enim debet habere ἐξουσίαν tutelam ac
potestatem, tegmen capitis in signum subjectio-
nis & minoris dignitatis, quod maritum, mu-
lieris caput, dedeceret. Sexus enim docet, ut
viri caput, in quo totus homo est, non tutulis
fastigiatum ac turritum sit ut mulieris: in quos
effoeminatos invehitur Apostolus, qui suo tem-

§. 14.

pore eodem modo in vertice, apicis instar, re-
ligabant caesariem, nodoque substringebant, ut
mulieres comam. Non autem caesariem pro-

no pen erit
Vrouwen-
streecksel.

lixam damnat, sed comam muliebrem, qua ca-
lamistrati cinædi, pathici ac pæderastæ tum
temporis Corinthi nubebant, ut ex Aristophane
ac Martiale L. II. cap. IX. de Prostibulis Vete-

L. x, 83.



Heb. 11, 5.
Momonæ
Oeconom.
L. II. c.
2. §. 31.

ἀγγελῶν.
nuntius.
Jac. Godofred.
dofred.

Tanaquil.
Faber.

In Epist.
Et ubique
non. Leges
Journal des
Sçavans
An. 1666.
p. 250.

Et 395.
nec non ejus
Epist. ad
D. Hue-
zium Prop.

III. 18.
Demonst.

Euang. lege
Et ejus

Præfat. ad

Anacreon-
tem. Et Ep.

16. Liv. II.

rum notavimus. Monet vero Paulus ut (Angeli enim nunc in Ecclesia non apparent ut olim) tecto vertice prodeant puellæ in templa , ne pellicerent à precationum votorumque zelo Episcopos , presbyteros , aliosque Sacris initiatos. Jac. Godofredus legit ἀγγέλων τῶν ἀγγέλων : propter juvenum greges. verum Sacrum textum temerario pruritu corrigentes , hunc Togæ præconiis præeminentem, interque perorantium Togatorum numeros Illustrem, Patre suo longe doctiorem Papinianum , sicut & Tanaquil. Fabrum κριτικώτατον, aut κριτικῶν μηχανῶνque suis decretoriis mordicis fabricum , & Stapletonum jure detestamur. ἀγγέλων τῶν ἀγγέλων non absque sacrilegio Criticus mutabit. Dicuntur enim passim legati , nuntii, & angeli, Christi discipuli & Levitæ. Sicut Sanctus Principis Legatus desideria ejus exacte interpretari ; Ita & Sacratum cæremoniæ Præsul Dei oracula fideliter explorare debet, utpote summorum cælorum fidus internuntius, qualem depereo , ut & ordinem Sacerdotalem, ejusque probos cordatosque Præsules , ut me diligeret Dominus. Toto hellebori jugere expientur itaque Philodici , Philæti , Spemolici aliique veteratores , Ecclesiæ vibices & Reipublicæ vāframenta , quæ me infestissimum ho-

host
quos
Ub
dor
Sum
bent
præ
quo

Nec
Ecc
mo
rum
Chr
caly
Ita
Apo
lium
Sacr
ta p
fatis

Scin
lular
κοί,

Act. XIV,
15Rom. VII,
23.

Paulus.

Rom. VII,
18.I Cor. VII,
7. 9. & c.

IX. 5.

Eph. II, 3.

Baron. I.

An.

I Tim. I,

13.

Act. XXVI.

11.

2 Cor. XII,

4.

crux, in a

meretrix

Terentio

Eun. II, 3.

Stimulus

Plauto

Truc. IV. 2.

Psal. CXIX.
71.

Com. 2.

Cap. XII.

Rom. VII,

24. Ter.

Hec. I, 1.

Sat. VI.

285.

Levit. VI,

10. & XV,

2. 3.

titillatione etiamque vexantur. Hoc de se testa-

tur Barnabas, ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἀν-

θρώποι. Et Paulus indicat in membris suis

inesse νόμον ἀμαρτίας. Licet alibi glorietur

se hisce stimulis haud agitari, interim tamen ut

ante pravis carnis desideriis cum Saulus vocaba-

tur à capite ad calcem pollutus erat, ita postea

corruptæ naturæ fomites observavit; ubi in ex-

tasi audivisset εἰς ὀπλοῦσιν ἀρρητὰ ῥήματα,

ipsi datus fuit urticæ satyrionis atque falacis eru-

cæ in carne pruritus, ne exultaret, quam ure-

dinem sentiens, corpus castigat & illico, ad-

juvante Dei gratia

Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

Fuit autem sine consensu voluntatis in eo vetus

homo, quem si grassantem intellexissent Car-

pocratiani aliique nefarii Pseudo-Apostoli, tota

visionis ejus certitudo enervaretur. Bonum mihi

fuit affligi, ait D. Vates, ut discerem statuta tua.

Novi hominem ait. homo erat & nihil humanum

à se alienum putabat. Humanum amare est, ait

Plautus, humanum autem ignoscere est. & adul-

tera apud Satyriographum Homo sum. ad Cir-

cænam Polycænus. Fateor me domina saepe peccasse:

nam & homo sum & adhuc juvenis. Denique

carnem in Sacro Codice pro parte illa, quam ne

ad cogitationem quidem admittere severioris

notæ

notæ homines solent, sumi haud ignorant prætextati nec prophani, qui modo à limine salutarum aedes sacras, nisi *necdum ære lavantur*.

lege Nazianzenum in Carmine de carne sua.

Non fuit itaque auriculæ aut lateris dolor, aut comitialis morbi vertigo, animi inæstitia corporisve egestas, aut ærumnarum injuriæ, nec subita animi consternatio, vel quicquid acuminatim corpori humano infligitur; multo minus vitæ antea actæ & diræ crudelitatis recordatio: Sed,

Labes nostra originalis, καὶ ἐξοχλὸν σκόλοψ, *rustio, stimulus & crux* cognoscendi, ingrediendi, dormiendi, nubendi, tangendi, ludendi, molen- di, adhærendi, humiliandi, cubandi, conveniendi aut consuescendi, vel (si tersiori & pudibundiori verbo involvi possit) faciendi cum puella, quæ*

** Idem de se conqueritur Nazianzen. Epist. 96.*

senem necdum decrepitum subire haud dedignaretur. Non venit in complexum & sinum ejus

Thecla, quæ Pauli eloquijs, divino nutu vibra-

Nyff. Hom. 4. in Cant. August. l. xxx. cont. Faustum. c. 47.

tis, Christi milititiæ sacramentum dixit apud G. Nyssenum & Augustinum aliosque, quorum

suffragia collegerunt Morellius, & Espencæus: multo minus ascendit aut descendit cum ea, ut

*Epiph. 78. * Tertull. de bapt. c. 17. Gelasius & Baronius*

ex * suppositio scripto, D. Viri pudicitiam revelans & retegens, adstruit Cardinalis Hugo.

Sed reliquias concupiscentiæ innatas, quæ urebant faucium *jecer* illud œstrumq; luxuriosæ car-

T. 1. an. 47. sect. 2. Cor. à Lapide ad h. l.

nis & innatam ἡ ἀφροδίτης dulcedinem, tot

sta-
dy-
suis
etur
n ut
aba-
stea
ex-
ta,
eru-
ure-
, ad-
at.
vetus
Car-
tota
mibi
tua.
anum
st, ait
adul-
Cir-
ccasse:
enique
am ne
erioris
notæ

laboribus, inediis ærumnisque sopitam per lubricos phantasiæ gyros suscitabat antiquus ille impostor: Omisso Erasmi, Jac. Fabri, Sebast. Barradii, Molinæi pariter ac Riveti opinionum Euripo, interpretationi nostræ suppare cognosces Chrysostrum, Theodoretum, Salvianum, Theophylactum, Basilium & Venerabilem Bedam, quibus non capite censiti, sed genuinæ doctrinæ Classici suffragantur antistites Chamierus nec non Bailius: verum ad propositi nostri sacram revertamur anchoram.

§. v. Hucusque ἐν παρόδῳ de Cadmi filioli atricoloribus περιούλια ἢ περιχαρᾶ εἰσμήτα. tandem ex femita in viam. Ne itaque in ipso portu per anticipationes nostras fecisse videamur naufragium,

Non hic te carmine ficto,

Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

Alti dominator poli & summus pater semet cæterasque S. Trinitatis personas instigans, ut in dias luminis creati auras ederet contemplatorem, *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & ad similitudinem nostram*. Sexto die tandem colophonem creationi imponens Deus, parvum mundum, *miraculorum miraculum maximum* Platoni, hominem terrigenam ex meliori luto ad imaginem suam efformat; adeo ut quod fuerat prius in intentione, postremum fuerit in executione.

San-

Job. 33,
§. 4.

Philo. p.
17. Abr.
§VII, 25.
25.

Sanctius his animal, mentisque capacius alta
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera
posset:

L. 1. Met.
Sil. Ital.

L. XIII.

Lactant.

L. 1. c. 2.

Natus homo est. Sive hunc divina è semine fecit
Ille opifex rerum, mundi melioris origo.

Primus hic hominum dictus fuit Adam à terra
rufa, ex qua sumptus erat. Hesychio Α'δαμα
est παρθενικὴ γῆ, terra virgo & pura. nebulam
in pariete fingit Scepticus ille Pererius cum re-
cutitis, qui ante Adamum Jambusar, Tra-
grith, Roane & Lilitha nominat. Cor hoc Ze-
nodoti & Jecur Cratetis Chrysippique caput
locutuleji cum Clariss. Maresius & Heidegge-
rus diu sandalio demulserint, actum non agam
ego, ne me

Adam.

Genes. III,

18. Ioseph.

L. II. Gen.

I, 27.

c. II, 22.

I Timoth.

II, 13.

Præada-

mitæ.

Buxtorf. in

Synag. c. 2.

adde I Cor.

xv, 45.

Gen. III,

5. 7.

---- Crispini scrinia lippi Compilasse putes.

Næ vix transire possum Cunæi, viri ob Saty-
ram Menippeam venerabilis, (Deus plagia-
rios & suppressores istos prodat, qui Sam.
Petiti & Cunæi Dioscurorum Lucubrationes
in Iosephum hucusque privatis cancellis incar-
cerarunt.) & ob patriæ meæ decus haud sine
honoris umbraculo nominandum, verba: Pri-

Faveamus
interim Cla-

riss. Dom.

Le Moyne

& Bernar-

di partu-

rientibus

calamis.

ma incunabula Ecclesiæ vidit recens mundus,
cum in quatuor capitibus staret humanum ge-
nus. quatuor oves in tanta mundi vastitate age-
bat magnus ille pastor: unam ex his lupus hic
abstulit. Occiso Abele pars mundi quarta

L. III. c. 3.

de Repub.

Hebr.

extincta fuit ait Sagax vir. Illi homines, quos
Cainus tanquam fratricidii ultores metuebat,
itaque erant conscientiaë ejus terriculamenta,

*Heu quantam pœnam misero mens conscia
donat.*

Quinam fuerint illi homines, quorum ipse
opera usus est ad condendam urbem, & ex qui-
bus fœcundam utriusque sexus prolem susce-
pit, controvertitur. Hos autem non ex luto
aut nive finxit homicida, nec sponte illa tem-
pestate homines tanquam fungi ex terra nati,
aut vermiculorum instar ex pulvere effusi sunt,
ut delirat Democritus. Licet Abel ἄτεκνον,
Seth tamen ejusque progenies, cum Cainitis
nuptias contraxere, & scortati sunt, ita ut bre-
vi multiplicari potuerint: adeo ut necesse
haud sit multitudinem hominum in omni super-
ficie terræ *Præadamitas* fuisse audacter assera-
mus. Creavit Deus μικροκόσμον in agro κόσμου
Damasceno, & hinc in Paradisum terrestrem
transtulit, ut ὀνοματάρχης ἢ ὀνοματοθέτης
nominum opifex brutis nomina imponeret. In
Paradiso autem post ὀνοματοθεσίαν ei adjuto-
rium adjunxit benignus pater. ex Adami carne
& costa Evam ut filiam in effigiem cuncta mo-
derantis fecit rerum opifex. hinc uxorem vicem
filiaë sustinere ait J Ctus. Statura ejus fuit justa

Diod. Si-
cul.

Rabbi E-
liefer in
capitalis.
addehis Va-
nini Dial.
xxxvii.

Joseph.

L. I. c. 2.
Adam No-
mencla-
tor.

Damasc. de
fide Orth.

L. II. c. XI.

Tertull. L.
cont. Marc.

Matt. 19, 4.

Timot. 2,
13.

2. I. D. de
ver. amot.

&

& decens, non gigantis instar ut Corasius ac
 Lipsius asseverant, nec pumilionis, sed exi-
 mius formâ justâ: non monstrosior Zachæo, aut
 Goliatho aut filiis Hanak; verum pulchrior
 Saule, Eljabe, Xerxe aut Commmodo, quin con-
 firmatiore felicitatis dotē conspicuus quam
 Moles nec non Theodoricus junior Visigo-
 thorum Rex in Gallia. nec eum vicit forsan
 Immanuel noster, ex filiis hominum pulcher-
 rimus. Quos ἡλαπίώσας βραχὺ παρ' ἀγ-
 γέλῳ. Divinum quam maxime animal ho-
 minem, æmulum Dei simulacrum non exter-
 no habitu in effigiem suam efformavit Deus ut
 hariolantur Anthropomorphitæ & Manichæi;
 sed internis animæ dotibus, iisque divinis,
 immortalitate, sanctitate & sapientiâ & justi-
 tiâ efficaci, nec non in armenta belluas-
 que, & totum in orbem Dominiō orna-
 vit, ditavitque. Dominium ante & post in
 bestias, & jus edendi carnes habuit Adam, ut
 invictis argumentis contra Curcellæum ad-
 struxit cum Bocharto Heideggerus. Vetus-
 tissimi hi mortalium nulla adhuc mala libidine,
 sine probro & scelere perciti, inexpertâ astu-
 tiæ & mali nesciâ, ornati simplicitate, jus fas-
 que sine lege colebant; cum honesta suo pte
 ingenio peterentur: Erant enim pii in Deum,
 Sancti in Creatorem, justī adversus omnia,
 quæ

L. I. c. 4.
 Misc. Phil.
 Stoic. 3, 5.
 Luc. 19, 2.
 Num. 13,
 33. I Sam.
 17, 24. c.
 10, 23. c.
 16, 6.
 Exod. 2, 2.
 Just. 36.
 Sid. Apoll.
 L. I. Ep. 2.
 Psal. 45. 3.
 Hebr. 2, 7.
 9.
 Imago.
 Sanctitas.
 Justitia.
 Eph. 4, 24.
 Gen. 1, 30.
 9, 3.
 Domi-
 nium.
 Gen. 4, 2.
 4. & 3, 21.
 Expresse
 §. 29. &
 30. Gen. 1,
 quod male
 in Belgicis
 B. datum.

es, quos
 etuebat,
 menta,
 conscia
 um ipse
 ex qui-
 a susce-
 ex luto
 lla tem-
 a nati,
 si sunt,
 κνϞ,
 Cainitis
 ut bre-
 necesse
 super-
 assera-
 κόσµε
 estrem
 φέτης
 ret. In
 adjuto-
 i carne
 ta mo-
 vicem
 t justa
 &



quæ à Patre cœlesti acceperant, quibus ut Trinitati litarent justum erat & sanctitas postulabat. at est vestigio per Sammaelem Dæmoniacum, cujus nomen legio & Beelzebub (qui regnum suum nefaria libidine ac crudelitate promotum iri prævidebat) seducti, pro modestia & pudore ambitionem & libidinem concepere, serosque nepotes utriusque rabie infestant genitores; adeo ut imagine prius illibatâ nunc pollutâ cum brutis communem habeamus coeundi impetum: uti per Ἰσοτύπωσιν Moses, [vel in Hexaemero Moisaico per ἀνακεφαλαίωσιν Esdra, vel ὕστερον ὡς τερον Scribæ,] Symbologice ac ἰερογλυφικῶς juxta Philonem Judæum (nec tamen Loxiæ Delphici Oracula sapiunt, aut gryphorum Bœotiorum ænigmatum μυστικῶτα (& redolent) & ἀλληγορικῶς juxta Origenem, Pentateuchi scriptor perennitati inservit, cujus oracula per εἰρησιν nunquam sigillatim prosequar, & si quædam rusticante stylo, comicisque salibus peraravero salvâ vestrarum aurium severitate perstricta æquibonique consulitote.

Ut fere vellet Origenes, quem confutant Epiphanius & Hieronymus. fuit revera Paradisus & in eo arbores Exech. 31, §. 8. 9. quas in Horto Alcinoidi descripsit Homerus notante Justino M. Orat. Parænet. ad Gentes.

§. VI. Relictis Talmudicorum Rabbinarumque Labyrinthis anfractibus, apinis tricisque, Et si quid vilius istis, commentis, quos fa-

fabulatores dixere Scaliger, Casaubonus, Cunaeus, Heideggerus & passim D. Polus: habuerunt enim isti interpretes velamen cordi impositum; unde mortuis horum glossariis passim caecorum vestigia pressit Πολυμοθε-
 ζατ ὁ μέγας, quem mundi miraculum dixit Peiresckius, monstrum ingenii Salmasius, & maximum Grotium Cæsius. Naturæ auctor in finibus Mesopotamiæ, Armeniæ & Assyriæ, ubi Tigris & Euphrates & Pisotigris sive Naharfaris in unum confluunt alveum; Hortum (Alcinoi Homero, Jovis * Platoni, Hesperidum Plinio) delicatissimum die tertio plantaverat ad Orientem, prope Haran, Arabiæ nundinariū, in Eden regione fertilissimā^A Babyloniam parte, quæ & pars Mesopotamiæ est. (non itaque in India, nec in America) centones & nobis farcit Goropius Becanus sibi versutior quam rota figularis, qui Hefdini in Artesia locat. ludos & nobis reddunt, qui in Palæstina ad Jordanem fingunt. Legesis Pererium & Hopkinsonum & Bochartum. In hunc Paradisum, Armeniæ saltum, Medica Tempe, locum omnigenæ ἡδονῆς, Hortum Dei, hominum primos duxerat Universi creator. Liberalissimus hic ac benignus Pater homi-

L. 7. de E-
 mend.
 Cas. Exerc.
 16. n. 16.
 Cun. L. 1.
 c. 14.
 Heideggeri
 Hist. Patr.
 p. 128, 19.
 168, 3.
 2 Cor. 3, 14.
 Grotii e-
 logia.
 Gen. 2, 10.
 Topogra-
 phia Para-
 disi. Euseb.
 Euangel.
 præp. 12,
 11. Curt.
 L. 5. Plin.
 L. 5. c. 26.
 L. 18, 17.
 Solin. c. 50.
 Plato in
 Convivio
 Διὸς κη-
 πῶ de-
 scripsit ex
 c. 3, §. 10.
 Genes.
 Boeth. L. 5.
 c. 1. Gen.
 13, 10.
 Ezech. 36,
 35.
 Jos. 5, 3.
 Præter Sui-
 dam, Pollit-
 cem & Phi-
 lostratum
 lege Brisso-
 nium de

regno Persarum L. 1. pag. 52. num & hodie supersit Paradisus? negant Salianus
 & C. à Lapide, affirmant Bellarminus & L. de Ponte.

mi-

Ezech. 47.
12. Apoc.
22, §. 2.
Palma Ho-
rapoll. l. 1.
c. 3. vel
Camphora.
Apoc. 2, 7.
Job. 1, 4.
Apoc. 22, 2.
Ζητήμα-
τα.
Lib. 4. L. 2.
Naz. Orat.
34. Nyss.
c. 16.

L. 1. v. 311.
Aliter Ori-
genes, Thal-
mudista &
Eugubinus.
Lege Gala-
tinum de
Arcanis
Cath. Fidei.
L. 7. c. 10.
August. L.
14. c. 17.
de C. D.

Gen. 2, 17.
Alc. Avi-
tus L. 1.
v. 320.
Cassiodor.
a variis.

mini omnia, bestias, earumque carnes, her-
bas, pisces cunctasque arbores, earumque
fructus, concedit, quin & fructus ligni vita-
lis, cujus esu non quidem semel, sed sæpius
vita potuisset produci in æternum, utpote
symbolum ac sacramentum vitæ æternæ, &
typus Christi, si obsequii gloriâ Nomothe-
tam demeritus esset. Erat autem & altera ar-
bor in meditullio μικροκόσμος mundi minoris,
(ut hominem vocant Manilius ac Arnobius)
dicta scientiæ boni & mali, truncus, qualem
flore, fronde & gemine nulla silva profert:

L. 1. v. 311. Alcimus Avitus

*Est tamen in medio nemoris, quam cerni-
ntis, arbor,*

*Notitiam recti pravique in germine por-
tans.*

καὶ ἐξ ἑλπίου ab eventu, quod ex luxurian-
tis surculi sarmentis cognoverit bonum, cu-
jus jacturam fecerat, & malum in cujus ba-
rathrum inciderat audax, justitiam & pecca-
tum, bonum obedientiæ & malum perpetrati
sceleris discernens fero immorigerus. Vetue-
rat enim summus legislator hujus arboris flo-
rem decerpere. *Ne comedatis de hac arbore;*
nam hujus tentigine delibuti sincerum incru-
stabit vas & mortales esse incipietis. Culpam

pæ-

pœna premet comes. impurus enim ille *ἄγ- Gen. 3, 1.*
ἄλ *Ⓞ*, sceleratæ mentis diris agitatus Dæ-
 mon, sub ovis pelle lupus pariter ac molli sub
 hædi vellere Draco, ac Leviathan, prophanus *2 Cor. 11, 3.*
 apostata, libidinum incensor, à Deo patre dam- *Apo. 12, 9.*
 natus, à Christo separatus, à Spiritu Sancto *Pf. 91, 13.*
 alienatus atque ab angelorum choro relegatus, *Plin. 8. c.*
 uti olim per pythoniæ boves picæque, ita per *41. Liv. 35,*
 Basiliscum aut serpentem, animal lubricum & *c. 21. Val.*
 tortuosis anfractibus mobile, cæteris callidius *Max. L. 1.*
 operi suo congruum, versipelli astutiâ veritati *c. 8. Jul.*
 errorem subornans, allocutus est Evam, utpote *Obsep. c.*
 tenero corpore & infirmâ mente virginem, do- *37. Es. 27,*
 lisque magis expositam ac ad turpes actus pro- *§. 1.*
 clivem puellam. *Bocharti*
Hieroz.
L. 1. c. 4.
Matth. 10,
16. Psal.
8, 3.
Matth. 13,
39. 1 Petr.
5, 8. Apoc.
12, 9.
Eurip. in
Medea O-
vid. 10.
Met. Plin.
11, 49.
Arist. L. 4,
9. de gener.
** Prud.*
Ham. 277.
D. Petr. 1.
Ep. 3, 7.
Tentatio
versipel-
lis.
L. 1. c. 4.
Hieroz.
Disp. 3.
& §. 44.

* *Hæc sexus male fortis agit, cui pectore in atro*
Mens fragilis facili vitiorum fluctuat aestu.

Mox obtentu religionis vel sanctioris vitæ,
 aciem mentis, niveâ simplicitate sincerioris,
 hostis faucibus obnebulans, bifulcam vibrat lin-
 guam, & obstrangulati nunc ingenii fluctuan-
 tem mulierem malesuadarum sententiarum
 congerie adoritur carnifex. Ne credas mi blan-
 da, inquit versipellis impostor (postquam Eva
 cum callida Scytali lusitaverat, ejusque sibilo
 corpore collum & brachia ornaverat, si Cle-
 mentis Alex. L. Ramirezii apud Bochartum

es, her-
 rumque
 gni vita-
 d sæpius
 utpote
 rna, &
 omothe-
 ltera ar-
 minoris,
 nobius)
 qualem
 profert:
 m cerni-
 ine por-
 luxurian-
 um, cu-
 cujus ba-
 & pecca-
 perpetrati
 Vetue-
 oris flo-
 arbore;
 m incru-
 Culpam
 pœ-

Morinus,
Capellus,
Bonfrerius.

Latet an-
guis in her-
ba.

Ἀγλο-
μερός.

Infantiæ
medita-
tio.

& Molinæi conjecturis locus sit: Saltem sermunculos fabulasque plures, quarum farrago in hodierno Codice classico non legitur, habuit, quam equidem scripsit Esdra, prout religiosissimi Spiritus S. amanuensium concedunt interpretes) Deum juxta immensam suam liberalitatem vobis usum illum, quem equidem quadripedibus concessit, denegasse, cum herbam arboremque Adami noluerit otiosam sterilemque vanescere.

Nemo tentis mentulis dat, nemo nervis otium,

Ecce passeres salaces, ecce vauci turtures

Hac super virente myrto vos amoris admonent.

Respondet Illachrymabilis exitii Candidata, lugubri periclitantis (sit periphraſi, unicuique interpreti concessæ, venia, nec in censum suaviũ & Milesiarum fabellarum referatur analysis nostra) simplicitatis linguâ: fructum ligni vitalis & quamcunque herbam nobis delibare permissum, sed fructus arboris, pali & floris pulcherrimi, quem in meditullio corporis Adami plantavit naturæ auctor, carpere vetuit Deus, ne forte moriamur. Mox candidæ columbæ (*Occasione duntaxat opus improbitati: dum Adam sub Jove frigido teneræ conjugis immemor interim Dei opera contemplabatur*) pruritum, anguino veneno tingens atque acuens corruptissimus fur Cotyttus ac spoliator, pergit, eam-

eamque animi virginitate modo destitutam, libidineque percitam, evidens Christi mancipium, sequentibus blanditur periclitantium

Θεὸς: Novit Deus vos nec inexorabili fatorum necessitati, nec duro Parcarum imperio succubituros, nam eo die quo conglutinabimini, oculi vestri aperientur, eritisque Creatori vestro similes, (ut ille æquam Dei potestatem sibi arrogare nisus erat, ita ex invidia Evæ persuadet, si Dei mandatum transilias, imposterum exlex vitam ages, cui solo sanctionis obsequio minor es. transgressio, inobedientia & ambitio nec non *Φιλαντία* & ratiocinatio prava præcessit equidem concubitum,

Verfuta prudentia.

Eccles. 10.

Jes. 14.

Ezech. 28.

Sequitur superbos ultor a tergo Deus.

Rom. 5.

14. 15. 19.

Ecc. 7, 29.

Dis tamen esse cupit similis, serpitque venenum

Alcim. A- vit. L. 2.

Ambitione nocens.)

dum æque homines generando creare poteritis ac ipse Deus.

Pollicitatio astu verisimili velificata.

Nihil est quod credere de se

Non possit, cum laudatur diis æqua potestas.

Nec tam rudes & simplices eritis ut ante; verum donum hoc ad homines futuros, inter quos eritis Principes decernentes inter bonos & malos, regendos imperitum videbitis.

Ambitiosa fames.

Ite, agite, ô Juvenes: pariter sudate medullis

Omniibus inter vos, non murmura vestra columba

C

BR-

24 *Justitiæ Antistitis*

*Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.
Hisce auditis rabie, incendente vasania, fertur,
gannit, vesicæ non imperat, nec venter præ-
cepta audit, micturitur,*

Rectæ
mentis
alienatio.

*Auribus atque oculis concepta urina movetur.
Tument mammæ, fraterculant pupillæ, poscit
ipsa, appellat, atque emissariorum stabulo pecu-
dum instar lasciviens*

*Sævit inops animi, totumque incensa per
hortum*

Bacchatur.

Facies vi-
rum spi-
rans.

*Donec devorantibus oculis virguncula, cujus
lateri hærebat lethalis arundo, arborem ten-
tam, summopere desiderabilem, sexui suo
aptam gratamque contemplata, protervâque
fronte maritum petens, ejusque cervicem am-
plexu invadens, & non repugnantibus oscula fi-
gens, ferratoque morfu nunc crus nunc lacer-
tos vexans, manuque cava, & improba &
blandis, digitos habentibus, dictis innocen-
tissimam sollicitans partem,*

Risit & immunda tractando virilia palma,

*His quoque furta placent, conjux, ait, ute-
re donis*

*Quæ natura dedit: nec sum tam tetrica,
quales*

Sensi ignes, damnem.

*Gen. 3, 5. 6. Summum indicis retrahens articulum, sacrâ rigi-
do*

dorum feminum fame glubens, corpus viro dedit: Hic & facile in libidinem solvitur, amoris temeto inundatus fororiat, catullit, furit, in dorsum supinus, mox deinde in faciem pronus, pro æternitate dimicans, immitis uvæ tulit cupidinem:

Sic docuit teneram palis adjungere vitem.

adeo ut nullâ ejus operâ deceptus fuerit, sed molesto creditori insciens & imprudens dedit, quod debuit, non quod ipsi à Deo injunctum erat. Properantes itaque ac perficientes in libidinis nequitiaque commaculatione, eodem ictu & momento initia poma & uvas maturas comederunt foedifragi, utrimque nempe resolvendo; donec post patrationem, pastâ optimo sanguine voluptate, & improbæ Sirenis æstu, turgentis caudæ verberibus, sedato, hæc nigra columba, populea sub umbra mærens, vulnerati pectoris cicatricem singultibus crebris quassans, ac excavatam vellens naturam, amissamque deflens virginitatem, exclamaverit, O facinus indignum!

Ut vidi! ut perii! ut me malus abstulit error!

Hic, illicitæ libidinis rabie, muliebribus sopitâ concussionibus, defatigatisque lumbis, pendulam palpitantemque admirans trabem, (ut solet post certorum itinerum nequitias peractæ Veneris tædere) lamentabili murmure effatur,

Eva cantatrix funeris sui, cujus mæstus amor & pag. 78. notatur.

Medio de fonte leporum surgitas amari aliquid, quod in ipsis floribus angit. Lucretia

concha.
fertur,
er præ-

vetur.
e, poscit
lo pecu-

nsa per

a, cujus
rem ten-
exui suo
tervâque
cem am-
oscula fi-
ne lacer-
proba &
innocen-

lma,
ait, ute-

n tetrica,

sacrâ rigi-
do-

Atat ! jam , jam dolet ! quod egi jam jam
pœnitet !

*Amentiam
deplorat.
Ludite,
eunt anni
more
fluentis
aquæ.*

*Mulier
fundi no-
stri cala-
mitas ob
Eridos
pomi vo-
racitatem.*

Mentis compos, *Valete curæ*, mortalis ego sic
perire cœpi ! ficulneis foliis agonizantem deinde
involvit carnem, & innocuam sordentibus ma-
culis Evam texit. Quæ subligacula & ficulna
teginina cum propudiosæ nuditati non suffice-
rent, mox Deus pelliceis tunicis vestivit cor-
pora *ἄρωτ' ἑπλάσων*, ut cataphractis obducti
cæli aërisque injurias ferre possent. Veridico ita-
que ore dixit c. xxv. Syracides à muliere ini-
tium omnis peccati : notantque Patres omnes
hærefes à sacrilega muliere initia sumfisse, eaf-
que Satyrio suo tinxisse & fovisse, ut inter Gno-
sticorum, Templariorum, vafrorumque inipo-
storum & veteratorum Euangelistarum scelera
atro carbone Lib. I. cap. xi. & xiiii. de
Prost. Veter. dudum notavi.

*Nota bonæ secreta Deæ, cum tibia lumbos
Incitat, & cornu pariter, vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant ululante Priapo
Mænades : ô quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus, quæ vox saltante libidine, quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens !
Tunc prurigo moræ impatiens, tunc femina
simplex,*

*Et pariter toto repetitus clamor ab antro,
Jam fas est, admitte viros, dormitat adulter.*

Man-

Maura pudicitia veterem cum praterit aram,
Noctibus, hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemque Deæ longis siphonibus implent.

--- Jamque expectatur in hortis,

Aut apud Isiacæ potius sacraria Lenæ.

Atque utinam ritus veteres, & publica saltem
His intacta malis agerentur sacra: Sed omnes
Noverunt Mauri, atque Indi, quæ psaltria
penem

Majorem quam sint duo Caesaris Anticatones.

Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amicæ.

Et quis tunc hominum contemptor numinis!

aut quis

Simpuvium videre Numæ, nigrumque catinum,
Ausus erat? Sed nunc ad quas non Clodius
aras.

Quot prurientes passeris, molles columbæ,
canes suburbanæ, semitariae mœchæ! quot glu-
bentes matronæ caprissantisque anus!

Et quamvis Ithacæ stertente pudica solebat

Illic Penelope semper habere manum.

Quid si castissima hæc matrona sollicitare gau-
debat inguinum pondus, quid facient Princi-
pum uxores? Messalina, Cleopatra, Mutia,
Clytæmnestra, Semiamira probrosissima mulier,
Eligabalo digna mater. Pervolvamus totum il-
lyd Credo, apud satyricum decantatissimum:

--- Faciunt graviora coactæ

Imperio sexus minimumque libidine peccant.
 Illa jubet sumpto juvenem properare cucullo :
 Si nihil est , servis incurritur : abstuleris spem
 Servorum ? veniet conductus aquarius : hic si
 Queritur , & desunt homines ; mora nulla per
 ipsam

Quo minus imposito clunem submittat a sello.
 Pone seram , cohibe. Sed quis custodiet ipsos
 Custodes ? cauta est & ab illis incipit uxor.

Sordibus calent veneficæ , si servum vel stato-
 rem altius cinctum viderint , libidinem conci-
 rant. Nec Endymiones aut Narcissos , sed
 Mopsos & Cercopithecus sectantur , si modo
 in orchestra crassa comparaverint membra.

Sed gladiator erat , facit hoc illos Hyacinthos ,
 Hoc pueris patriæque , hoc prætulit illa sorori
 Atque viro : Ferrum est quod amant.

Ogulnia , Circe , Lesbia , Servilia , Hippia , Ca-
 tulla , Tryphena & Chrysis uteri rabiem se-
 dare summo jure desiderant , dum non alium
 vitæ suæ modum habent , quam à prima om-
 nium matre mutuatae sunt.

— — — utile porro

Filiolam turpi vetulae producere turpem.

Sed vir inescatus & seductus à muliere , eadem
 infestatur labe.

Quem nec mille ferae , quem non Stheneleius
 hostis ,

Nec

Simus Ju-
 stiniani
 exemplo
 contenti
 apud Pro-
 copium in

Nec potuit Juno vincere, vicit Amor.

tot dolores in amore reperit, non frater aut
procus, sed & maritus & vir, quot conchas
in littore. Hippomanes, carmen & concoctum
loquor venenum.

*Anecdota
& arc.
Hist. & L.
I. adif.
adde Nev.
8. 1. 8.*

Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis.

Morte viri cupiunt animam servare catellæ.

Ah pestis! vah pudor! O crudele genus!

— — — *quis deditus autem*

*Usque adeo est, ut non illam, quam laudibus
effert,*

Horreat? inque dies septenis oderit horis?

ab arbore ista ingenitum mortalium nefas.

Inde seges scelerum, radix & sola malorum.

Ut Protoplastæ arborem vitæ neglexerunt, bo-
ni malique scientiæ truncum arripuere, inde-
que omnes nequitias & scelera quæsiere; ita
nos cunctique mortales

*Vita omnis
supplicium.*

Ad mala jam pridem non sumus ulla rudes.

Licet non bene virgo doceat, tamen per natu-
ram novimus hanc palæstram, ita ut necesse
haud habeamus in clinopala à Suburanâ magi-
strâ dogmata petere. Sed ut prima, ita & hæc
intelligentia carnis mors est, & inimicitia adver-
sus Deum: innocentiam tollit cæcus amor,
pietatem sepelit, religionem polluit: fidem
tentat, famam carpit, honestatem dissipat.

Rom. 8, 6.

Caro concupiscit adversus Spiritum, & Spiritus *Galat. 5.*

adversus carnem, adeo ut naturâ omnes homines privatim atque publice proni ad libidinis voluptatem, & à castitate abalienati esse videantur: nec enim casti, nec pudici, nec honesti, nec scortatores, nec meretrices, sed omnia.

Nugæ nugarum nugacissimarum.

Theodor. 9.

38. Isidor.

Pelusiota

L. I. Ep. 51.

arg. c. 8. §.

5. Cantic.

Genes. 3, 7.

Gerræ

Goropia-

næ.

c. 19. de

Parad. In-

dofchii. L.

7. p. 490.

Fabellæ

insulsæ

Chemni-

tii.

arg. c. 18.

Ezech. &

Jerem. 31.

Matthiol.

1 Dioscor.

c. 131. Do-

donæus. Sca-

lig. Exerc.

171. Gar-

sias in Aro-

mat. L. 2.

c. 10. ubi-

que Clusius.

Fuit arbor

singularis.

lege Salia-

num.

§. VII. Arbor itaque à Summo Legislatore primis mortalium interdicta, non fuit proprie frutex aut ramus, neque ejus fructus, arborea, rubra succi vinosioris poma, vel è reliquo genere pomorum amplissima ficus, ut cum Bar Cepha conjicit Goropius Becanus. (licet sub ficu vel quercu vel tilia calentes hæsisse potuerint, cujus foliis sibi perizomata fecerunt) neque malum Persicum juxta Matthiolum; neque vitis & uva, nec malum Cydonium juxta Ruelium, nec triticum, nec nuces aut cerasa juxta Spigelium, nec mala Assyriaca, Limonia aut Aurantia,

Punicaque & pirus, & fructu gratissima malus.

Sed malus Punica, quam Venus in Cypro ferit apud Ahenæum, cujus poma perpetuus Priapi autumnus habet, quæ magnæ matri Deûm Cybelæ surrepta scimus Initiati; scilicet masculus ales, quo gladiator fulget, juvenis cluit, vir est, paterfamilias præcluit, cui sceptro coronam imponens mulier fit una cum viro, ita ut duo in actu unus maneant, dum Veneris glutine ar-

etc

etc
unu

Et f

mu

ceru

Ægy

Step

re,

fruc

Ada

neus

hier

band

S

Serp

no

apud

fand

iegor

tigit

band

inter

prest

illa

etc

Et adhærentes conglutinantur, ut binos nodo unum fieri dejerare audeas.

Coitu qui conjugioque

Unanimi
fœmina
virque
thoro.

Corporis atque animæ consistimus uniter apti.

Et sic per unum hominem dicitur peccatum in mundum venisse, ut nemo, cui sinciput est sincerum, inficias ibit. Moses juxta disciplinam Ægyptiorum, sicut Daniel, eruditus, testibus Stephano, Clemente Alex. & Justino Martyre, tecte & ænigmatice per arborem ejusque fructus & gustum intelligit verenda sive virilia Adami, & locos Evæ per quos sexus fœmineus sobolem solet prodere. Ægyptii autem hieroglyphicis ænigmatibus omnia invollebant.

Act. 7, 22.
Clem. L. 5.
Str. Just.
q. 25. Dan.
c. 1. §. 4.
Kircheri
Obelisc.
Pamphil.
Theodoret.
in Genesim.
q. 61. Iren.
heres. L. 2.
c. 41. Diog.
Laërt. in
Democrit.
Lucan. L. 3.
22. adde
1 Reg. x, 1.
Prov. 1, 6.
c. 12, 23.
Eccles. 12,
11.

Volucres feraeque

Sculptaque servabant magicas animalia formas.

Serpens ventre repens, dente mordens, veneno interimens, voluptatis Hieroglyphicum apud Philonem *de mundi Opifice*. Ægyptios infandum prædicandi scelus per duos perdices *ἱερογλυφικῶς* denotare solitos Hor-Apollo tetigit. Quando perdices vidui fœminæque incubando occupatae sunt, ita à libidine agitantur, ut inter se dimicent, & victus victori vicem fœminæ præstare cogatur. Ita erudite ad Solinum abyssus illa omnium sententiarum Salmasius. Pictio

Solin. c. 7.

Lege Syne-
sium in
Dione.

Cygnus Musicum & Theologum denotabant. Quæ omnia ex Pierio Valeriano, Cœlio, Augustino, & Hor-Apolline Niliaco, Liceto, Causino, & Kirchero, penes quem multiplicis chymæræ stat figmentum, naso rhinocerotis ruminare poterit Initiatus. Ita poma amoris symbolum apud Philostratum; ita & testes poma amoris, brachiaque mala indigitant Anatomici, & Mytheologici melimela, mustæa, nana. *Sub arboribus poma legere*, quid denotet Didymæ sciunt puellæ, & quæ concubitus non tacuere suos: nec respuit hanc significationem argutus Hispanus.

Huc pertinet Fan- blicus de mysteriis Ægyptior. à D. Gale editis Oxonia 1678.

Poma. Artemid. L. 1. c. 75. Onirocrit. Fulg. Myth. L. 3. adde Cant. 7, 8.

L. 7. Ep. 90.

Cætera lascivis donavit poma puellis.

Prophanæ Theologiæ Hierophantæ Veneri amoribusque dicarunt poma. Fratres sororum nomina arborum corticibus insculpsere.

Virgil. Ec. 10.

- - - - - *teneris incidere Amores*

Arboribus.

& apud Theocritum,

- - - - - σέβον χ' ἔλένας Φυτὸν εἰμί.

& Amorum Triumvir,

Propert. L. 1, 23.

Vos eritis testes, si quos habet arbor amores,

Fagus, & Arcadio Pinus amata Deo.

Ab quoties teneris resonant mea verba sub umbris,

Scribitur & vestris Cynthia corticibus!

Huc refer illud tralatitium,

Ipse

Ipse ego cana legam tenerâ lanugine mala.

Vincunt gustu, auditu, tactu, visu & olfactu hæc poma, Clearista & Galathea mala, Eridisque pomum: & puellarum agri longe hortos Adonidis, Alcinoi pometa, Hesperidumque superant lucos, dum totum hominem requirant, demententque cunctos ejus sensus. *Sævus criminum stimulus libido est, quæ nunquam manere quietum patitur affectum: nocte fervet, die anhelat, de somno excitat, à negotio abducit, à ratione revocat, aufert consilium, amantes inquietat, lapsos inclinat, nullus peccandi modus, & inexplebilis scelerum sitis, nisi morte amantis extinguere non potest.* Ita & Priapi luxuriosi Dei terribile membrum apud Prudentium *ramus* dicitur: unde Aufonius in centone *ramum* qui veste latebat. Et Apulejus *vox raucescit, ramus roborascit.* hoc enim est delectabile illud lignum, Eridisque pomum,

Ambrosius.

Arbor tenta.

Dulcia cui nequeant succo contendere mella:

Quaque bibunt tenera dulces ab arundine succos.

Nobilior pomis, maturâ dulcior uvâ.

Lev. 18, 20.

Planta.

Pf. 128, 3.

144, 14.

L. 7. Ep.

ult.

Vanini

Dial. 39.

Sæpissime enim pro *αἰδοίω*, libidinis solum, *arvum*, vomer, *sulcus*: arare Apulejo, pro coire. Martiali uxor dicitur *ager*, fodere agrum apud Juvenalem & Platonem nec non Aristotelem: unde Aufonio *fossor*, & in Phaleciis, *Qui tot melleolas fodis puellas.* quo sensu & *fossa* apud

Ipse

34 *Iustitiæ Antistitis*
apud Satyriographum, quibus sceleribus frue-
bantur pæderastæ &

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.
Sicut Moses *ἰερογλυφικῶς*, arborem hanc
providissimo calamo posteritati suggerit; ita
& veteres symbolice fingeant, primos homi-
nes ex robore & fraxinis pullulasse,

Juv. s. 6.
Virgil.

--- *homines, qui rupto robore nati*
Compositique luto nullos habuere parentes.
Gensque virum truncis & rupto robore nata.

pari delicatæ fabellæ involucro, quo mortales
ex brassicis (revera ex cucumere) nasci indies
infantulis obtrudimus. Ingeniose de arbore
Myrrhâ Adonidem pariente Naso.

Perpende
2 Petr. 3,
16.
Deuter. 22,
9.

Arbor agit rimas & scisso cortice vivum
Reddit onus.

Prov. 3,
18. & po-
ma elo-
quentiæ
symbola

Prov. 25,
11. confer
Joseph. 1.

Ἀρχαιο-
λογίας

ε. 2. & O-
phitarum
heresin a-
pud Epi-
phanium

37. & Da-
masc. l. 2.
§. 11.

Multa occurrunt in Sacro Codice mystica, quæ
non nisi à Mystagogo Judæorum & Ethnico-
rum erudito extricari possunt. Ita vinea Na-
bothana mysticum sensum habet. Sapientiam
arborem vocat Salomon, & nostra arbor pepe-
rit mali notitiam & boni notionem, quam recte
furem rationis & mentis latronem diceres,
nam *Φρενοκλόπον* nosti amorem. Prima autem
Geneleos capita obscura esse testantur Augu-
stinus, Clem. Alexandrinus pariter ac Justi-
nus Martyr. Priapi Hellepontiaci sesquipeda-

lis

lis muto, quem ex ficu fabricaverat faber, passim arbor dicitur. nec minus eleganter elegantioris ingenii Melos Barclajus, membrum hoc, quod in horto puellarum figitur, & quo viri cognoscimur à muliere, florem vocat.

Priapus:

*Qui flos in teneris secretus fingitur hortis,
Impragnasse Deum, & thalamos lasisse pudicos,
Mentula erat, duplici turgens plus cornea bulbo,
Lacteus huic caulis, sed quem pro stipite posses
Accipere.*

Flos.

Confer Sat.
10. in fist.
Beanleari.

In Alcinoi hortis Hesperidum arborem locat Juvenalis, cujus mala in nuptias Junonis contulit Terra, teste Servio. Argute, nec minus mystice de Proserpina canit Naso:

Sat. 5.
Ovidius
Metam.
4. Æneid.
& Hygin.
Proserpi-
na. Emble-
mati nostræ
conveniens
lemma.
Axioker-
sa dicitur
Botharto.

*Puniceum curva decerpserat arbore pomum,
Sumptaque pallenti septem de cortice grana
Presserat ore suo.*

Intelligit Proserpinam à Plutone subactam dum pomum puniceum fellaret vel degluberet. Hesiodus fingit mortalium primos Epimetheo datam uxorem amabilem palpabilemque Pandoram, quæ recluso dolio & pyxide privata bonis suis circumfertur. proculdubio denotans Epimetheum delibasse pudicitiam curiosæ & avidæ uxoris: quo exemplo virginitatis mysterium illustrare solemus nos homunciones.

Pandora.
Hesiodo &
Homero
Ate dicitur
sive Eva.

§. VIII Opinioni nostræ hornæ, præter Ori-

Corne-
lius Agrip-
pa.

Serpens
penis.

Cap. 40.

1 Cor. 12.

Rom. 12.

Virginitas
delibata.

L. un. Cod.
de Rapt.

Hieron. E-
pist ad Eu-
stachium.

Origenem, qui sibi testes Samia exsecuit testâ;
& Wechelianos, ante biduum suffragantem
fere comperi Cor. Agrippam, quem elogio-
rum Iliade celebrant *Wierius* ac *Ab. Corput.*
Suaviludia subtilis mentis ejus paucis in apri-
cum proferam, longasque ejus ambages in com-
pendium, si pote sit, mittam. Non autem cum
Gnosticis ex *Apoc. c. xx i i. com. 2.* Arborem
vitæ asserit locos muliebres, quorum usu con-
gressus Veneres celebratur; quia per x i i.
stata tempora lubrica eorum semita menstruis
purgetur, & Danaidum Belidumve dolii instar
pleni sint rimarum, & hac & illac perfluant;
verum *Serpentem* interpretatur sensibilem car-
nis affectum, imo ipsum carnalis concupiscen-
tiæ *genitale viri membrum*. Nullum itaque ali-
um Dæmonem Evam tentasse arbitratur, quam
illum, de quo Hiobus, *cujus virtus in lumbis*
& *potestas in umbilico*, quem Paulus vocat *sti-*
mulum carnis & angelum Satane. Adamo uxor
data ad castitatem, & non ad sobrietatem, ut
interpretatur contra Jovianum Hieronymus.
Sed cum præter castitatem usus ea fuisset, con-
cepit scientiam se polluendi, unde indignatus
est omnipotens, & pœnituit se fecisse hominem.
pœnituit Deum, ait scite & ingeniose Doctor,
quia virgini defloratæ pristinam virginitatem
restituere nequit. Ob hanc itaque carnis pu-
den-

- 1) dendam libidinem ejectus est homo è Paradyso 2 Tim. 2,
 2) Dei, quia caro & sanguis regnum Dei possi-
 3) dere haud possunt. coitus præmium mors. Om-
 4) nes & hinc qui ex carne geniti sunt generant
 5) originalem culpam.

Verbum non amplius addam.

Hæc laudati & jam præ cæteris hic laudandi
 Cornelii Agrippæ, prodigiosi ingenii hominis
 in nostrum problema *ἄπικειρος*. Videamus Paradoxa.
 num ab hæreticis, * tanquam injustis possessori-

* *Gustatione mirifica initiatus, vix libare abortum meum cœpi, quin Suedæ
 suppar verna Eques ultrò è dulci dolio Satyrion prompsit, cujus premulsi dem
 non indelectato Lectori gaudium extorsuram facile confido, si ipsius Comitibus
 effatum asterisci notâ suppeditaverim. referat quisque vasa sua salva &
 messem metat maximam.* Enfans conceus par la volonté de la chair,
 non pas par la volonté de Dieu; enfans de colere & de malediction,
 en un mot, enfans de l'homme & de la femme. Le dessein du tres
 sage Ouvrier estoit bien plus noble; il vouloit bien autrement peu-
 pler le monde qu'il ne l'est, si le miserable Adam n'eust pas desobey
 grossierement à l'ordre qu'il avoit de Dieu de ne toucher point à
 Eve, & qu'il se fust contenté de tout le reste des fruits du Jardin de
 volupté: Le crime d'Adam est autre chose qu'avoir mangé la pomme:
 Quoy, estes-vous du nombre de ceux qui ont la simplicité de prendre
 l'histoire de la pomme à la lettre? Ha! sçachez que la langue sainte
 use de ces innocentes metaphores pour éloigner de nous les idées
 peu honestes d'une action qui a causé tous les malheurs du genre hu-
 main: Ainsi quand *Cant. 7, 7. 8.* Salomon disoit, je veux monter sur
 la palme, & j'en veux cueillir les fruits; il avoit un autre appetit
 que de manger des dates. Quand il voit que le goust & la bouche
 d'Eve ne sont point punis, & qu'elle accouche avec douleur, il
 connoist que ce n'est pas le goust qui est criminel: & decouvrant quel
 fut le premier peché par le soin que prirent les premiers pecheurs de
 cacher avec des feuilles certains endroits de leur corps, il conclut que
 Dieu ne vouloit pas que les hommes fussent multipliez par cette lâche
 voye. O Adam! tu ne devois engendrer que des hommes sembla-
 bles à toy, ou n'engendrer que des Heros ou des Geans. *Frigidior hieme
 Gallica, qui prolato peculia se spadonem esse confidat. Ingeniosus ille Euer-
 getes T. Brouwn noluit monstrare, sentit tamen. Tortus itaque pereat qui
 sentigine evigoratus & enervatus, necdum per caliginem percipit vitiojam
 primorum parentum libidinem.* bus

bus, bona quædam in usum nostrum vindicare
 possimus. plausibiliores & palmarias recense-
 bimus nænias, ut aliquid muniminis & præ-
 sidii fortiatur ratiocinium. Omissis itaque
 otiosis fabellarum sarcinatoribus delirisque in
 vago Thalmude nugonibus, Cathari, Mani-
 chæi ac Priscillianistæ vetiti fructus sanctionem
 fuisse trutinant, *ne Adam dedolaret Evam*, teste
 Egberto. Verum cum hi legitimas nuptias tan-
 quam fornicationem fugiant, eò quod fornicati
 sint mortalium primi, jure summo eos refutat
 Moses Bar-Cepha. & nos fucatæ asceticæ im-
 purorum Catharorum vitæ infandas pollutio-
 nes in Libro supra bis terve citato. Aben Esra
 cognitionem boni & mali nuptiale opus de-
 notare rimabundus probe docet. hinc *cognos-
 cere* dicitur hoc opus: tanque de mulieribus
 quam viris usurpatur verbum hoc, loco aptum.

Bibl. Patr.
 T. 4. p. 2.

De Parad.
 c. 19.

Proft. Vet.
 L. 1. c. 11.

Passim in
 B. S.

Gen. 4, 1.
 17. Num.

31, 17.
 Matt. 1, 25

Luc. 1, 34.
 Ep. 6. He-

roid. & L.
 4. Plant.

Perf. 2, 3,
 45. Most.

4. 2. 13.
 Tom. 4. &

apud Eutro-
 pium Fam-

blicus c. 9.
 in vita Py-

thag.

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo.

Plutarcho Heliodoro ἔγνω. Puella quædam
 interrogata quomodo vitiata esset? honeste ex-
 pressit rem turpem *cognovit me. ἔγνωμε* apud
 Hermog. περὶ σεμνῶν λόγῳ. adde sodes Ci-
 ceronis Epist. ad Pætum, cujus initium *Amo-
 verecundiam*. Ratio denominationis, quia in
 illo actu κωλῶν παῖδες demum vident, pal-
 pant, gustant, audiunt & obfaciunt naturam
 à sua

à sua diversam: tum quia à capite descendit optimus feminis liquor, vel potius quod in nullo plane actu muliebris naturæ adyta magis rimantur, quam in congressu. Appula ganiens in amplexu, & quasi in epilepsiam rapta manus pedesque extendit, ita ut vertigine tectum ambulare putet, quapropter lecti sonus & dominæ subantis vox cordis secreta pandunt. Ita Augustus apud Tranquillum & Alcibiades apud Athenæum, non libidine, sed ratione commisere adulteria, quo facilius consilia adversariorum per cujusque uxores exquirerent. Exemplo suo comprobatur Samson, dum Drudi γείρον ejus exponerent, quia araverant cum uxore sua. Simul ac prætextatus adulter rem peregrinam didicerit, non est tam rudis, ut ante erat.

Ergo Suburanæ tyronem trade magistra.

illa virum faciet: non bene virgo docet.

Quapropter & puer statim atque boni & mali notitiam adeptus est, hac cupidine tentari incipit, gestitque uti fœmineis complexibus, & discere ignotum opus. Quæ recutiti verpæ ratiocinatio, non olido hirco, ut Petavio masturbato Jesuitæ videtur, sed bene vasato ac peculiato caballo cigna mehercule sententia. Soterinus Saturninus apud Gr. Abul-Pharajium à Celebr. Pocockio versum, membra generationi inser-

Leges Aristot. L. 5. Politic.

C. 69.

L. 12.

Judic. 14. 18.

Hist. Dynast. 7. p. 78.

D

vien-

Næniæ.

Α' αεστ-
διόνοσα.Gr. Nyss.
L. 8. c. 3.
Chrysost.
Hom. 18.
Damasc. de
fide Orth.
L. 4. c. 25.In Jo-
suam.L. 14. c. 22.
de C. D.

vientia tam in viris quam fœminis à Diabolo esse facta, ideoque turpe ab hominibus ea retere, hariolabundus succenturiatur: Et apud eundem Basilides asseverabat honorandum esse serpentem & magni esse faciendum, eò quod Evæ consilium dederit, ut cum marito congrederetur, cum aliàs non procreassent homines. Si Diabolo & Adamo & Evæ gratiæ essent referendæ ob lepidi hujus oneris cognitionem, pariter ac dulcedinem atque necessitatem: utique & Judæ Iscarioti, cum Don De Quevedo, esset habendus honos, quod Sospitorem nostrum tam scelestè prodiderit: merum itaque hoc ἀδύνατον in Morboniam ablegemus, atque in ἑπιπέριον pergamus. Propius accedunt S. Patres, statuentes in statu innocentiae si permansissent primi manu divinâ formati, non per foetidam generationem, verum absque spurcâ conglutinatione, Angelorum instar, multiplices futuros inculpatores vitæ scelerisque hosce puros. Quibus suffragatur Barcephæ, qui juxta Andreæ Masi Jcti Religiosissimi calculum, vixit Anno 914. Hos populo differt Augustinus, concedit tamen salvam virginitatem omnes procreaturos & parituras. Rem propius acu tangunt inter Orthodoxos Divinorum oraculorum Consulti, existimantes Evam per serpentem solam, Adamum

imum solo conjugis amore lapsum, juxta decantatissimum Divini eloquii effatum: Non enim Adam est seductus, sed mulier seducta, quæ transgressionis causa fuit. Ita tamen, ut solo erga conjugem illicem affectu in gyrum raptus, noxæ focius, illecebris voluptatis delinitus, non minus turpiter erraverit ac ipsa conjux.

1 Tim. 2: 14.
Legesodes subtiliss.
Henric. Morum
L. 3. c. 1.
Prudent. cont. Symm.
L. 11.

- - - - Fit reus ipse suapte

Ingenitum, placitumque nefas, & facta re- pendit

Impia supplicis, merito, non sorte peremptus.

Alcimus Avitus melodiæ concentu suppar v. 275. ternum excutit,

Tum patuisse gemunt oculos; nam culpa rebellis Fulsit, & obscænos senserunt corpora motus.

§. IX. Fuit ante jacta totius universi fundamenta Decretum Dei. Benedictis enim regnum erat paratum per testamentum & fœdus gratiæ, quod misericors D. Pater cum Deo Filio pepigit, quo peccatores (quibus αὐτὸς ἔδωκεν ἡμῶν fuerat relictum, quique puri & integri equidem, verum labiles ruunt sua sponte in vetitum placitumque illud nefas: unde prudentissimus toga sagoque inclytus Prudentius Clemens:

Prædestinatio.
Eph. 1, 4.
& c. 3, 11.
Matth. 25, 34.
Gal. 3, 17, 17.
Rom. 9, 16.
Eccles. 7, 29.
Mamert.

Vivum simul ac moribundum
Hominem Pater effigiasti.)



Rom. 8, 17. per mortem & sanguinem Christi, heredes salutis & foederis gloriæ participes pronuntiavit; ut in initio de Sacro-Sanctarum personarum pactis conventis monuimus. *Christus* enim præcognitus fuit ante jacta mundi fundamenta, & quidem ut agnus, cujus sanguis fundendus erat pro protoplastarum transgressionibus. Quæ cum sint altioris indaginis doctioribus Divinorum oraculorum explanatoribus sacrorumque Mystis relinquo; admonitus scilicet periculosum esse ardua per transennam movere. Nec in animum duxi Plagiariorum more, ex neoteri-
 cis Θεολογικῶν schedis multa mutuatis verbis compilare, dum Gomari similiumque Heroum pari judicio & eruditione conspicuorum pervolvendis cerebro effatis, cuique notis, nunc huic rei, Arminio *horrendæ*, colophonem imponere cogor, ne post Homerum Iliada, post Vossium Aristarchum, postque Grotium de Jure Belli ac Pacis ciconiam molirer. Ita tamen, ut fateare necesse sit, generis humani parentem, non fato aut Stoïca necessitate, sed *ineluctabili* præcognito & determinato Dei decreto, per gannitricem Evam victum & tentiginis æstro pollutum, hunc ignem nobis, in utero urticæ inquinatis, & fatyrione ab infantiâ percitis, naturalem & ingentum reliquisse. *Hæc est peccati justissima pœna,*

ut

Πρω-
 γωσμέ-
 π. 1.
 I Petr. 1,
 19.

Jes. 14,
 24. & 46,
 10.

Legito Pru-
 dent. A-
 poth. 5.
 837.

Clem.
 Strom. L. I.
 Consulesis
 Clem. A-
 lex. L. 5.
 Strom. &
 prætr. Ma-
 nil. L. 4.

Jesa. 14,
 24.

Augustin.
 L. 3. c. 18.
 de lib. arb.

ut amittat unusquisque quo bene uti noluit, cum sine ulla difficultate posset, si vellet. Sicut non visum est eis Deum in notitia detinere, ita eos tradidit Deus in mentem reprobam, ut facerent quæ minime conveniebant, oppletos omni injustitia, scortatione, improbitate & avaritia, quos videt periisse, perditos ducit. Justus itaque fuit, est, eritque Dominus Deus in sermone suo, mundus & in judicio suo, quia mortalium viæ rectæ non sunt.

Rom. 1, 2.
Ephes. 2, 2.
Tit. 3, 3.
1 Petr. 4, 3.

Psal. 51. 6.

Ezech. 28, 25.

Senec. Herc. Fur.

--- Perdere est dignus bona

Qui nescit uti. ---

§. x. Homo itaque à propria cupiditate infuscatus prægnans factus concepit & peperit peccatum, quod consummatum genuit mortem. Hæret lateri hæc lethalis arundo, quam Dæmon infixit, nullo ædepol dictamno sanabilem, utpote nodosam medullas funditus incrustantem: Quin & universale nunc cernitur generis humani, omni nequitiarum genere & arte invicem ferruminati, & à Deo scortantis ac declinantis adulterium furiosa æmulatione, atque inevitabili fascino dementatum. Totus mundus cubat in hoc malo, quia ex uno sanguine (quicquid harioletur Pelagius) omne genus hominum concretum est. Decepta est Eva, & ab ea seductus Adam; adeo ut per unum hominem peccatum introierit in mundum, & per

Peccatum Originale.
Jac. 1, 14.

Act. 17, 26.

Macar.

Hom. 2. 24.

Baron. ad

An. 412.

Rom. 5. 12.

1 Cor. 15. 12.

peccatum mors ineluctabilis; & ita in omnes transierit mors, in quo omnes peccarunt.

-- Ille dies lethi primusque malorum

Causa fuit.

Adam itaque corruptus corruptam gignit prolem, non ad imaginem Dei, quam decoxerat, sed suam. *Ut enim meliores gigneret, quam ipse esse, non erat equitatis, ait Augustinus. Quis daret mundum de immundo! Quod genitum est ex carne, caro est. Quales omnes qui ex sanguine & ex libidine carnis, & ex libidine viri, & non ex Deo geniti sunt. Prius pareret locusta Lucam bovem, quam puerpera prolem castam.*

Gen. 5, 3.
arg. l. quis-
que §. 1. ad
L. J. de A-
dult. Colu-
mell. L. 3.
RR.
Job. 14, 4.
Job. 3, 6.
Job. 1, 13.
Senec. Epist.
87.

Juv. S. 6.

*Scilicet exspectas ut tradat mater honestos,
Aut alios mores, quam quos habet?*

lege Dial.
38. Vani-
ni.

Nec enim ex scilla rosa aut hyacinthus nascitur. Rationem facile percipiet zelotypus curruca. Inter novem prægnationis menses collatinus venter nunquam dicit fatis, sed navis plena plures mente admittit vectores: tum gravida uteri rabie perditæ agitur, & mundi illecebris infestatur, quid poterit itaque nutrire nisi carnem, ac eadem concupiscentiæ urigine perçitam producere.

Sic canibus catulos similes, sic matribus ha-
dos

Noram - - -

Non

Non ægre feret vir doctus, si Sagacissimi Patriæ meæ quondam assessoris, Statui Publico devoti, verba in suffragium vindicaverim: res contentæ volante calamo doceri, se ornari negant, adeoque perpende lepidæ lexeos aculeum *van vuyren hout en kunnen geen eycken spaenderen komen.* Argute & ad Solstratam Chremes:

Quod est consimilis moribus

Facile convinces ex te natum: nam tui similis est probe:

Nam illi nihil vitii est relictum, quin sit & idem tibi:

Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.

Jurent conceptis verbis Verinus & Thomas Ebor. Episop., Lucretia, Nicetæ & Vestales quicquid possint se castos mente & corpore, non credam ego. Cum vera Dei progenies, sobolesque sincera non potuerit se castam servare, quæ miselli nos homunciones, stimulo carnis concepti, & nodoso aculeo pisti, possimus tot Scyllas atque Charybdes effugere? Nec Samsonne fortiolem, nec Davide sanctiolem, nec Salomone te sapientiolem esse confidas. memento semper, quod paradisi colonum de possessione sua mulier ejecerit. Hieron. ad Nepot. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt: collo-

Banckertw.
P. 1. p. 7.
§. 22.
Brunæi.
Ter. He-
aut. 5, 3.
adde Ho-
rat. L. 4.
Od. 4.
Cicer. pro
Roscio.

Pol. virg.
L. 1. c. 3.

De vera
Virgin.

quum enim illius quasi ignis excandescit. In medio mulierum noli commorari: de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri, ait Sapiens. Basilius, Cum foemina semper esse, & foeminam non cognoscere plus est quam mortuos suscitare.

Naso Ep.
4.

Tot sine amore viri: tot sunt sine amore puella,
Quæ venit exacto tempore pejus amat.

Venit amor gravius quo serius: urimus intus.

Urimur, & cæcum pectora vulnus habent.

Multos non sanctitas aut reverentia parentum ab incestis nefariisque abducere potuit: vittatas sacerdotes, quibus magistratus obvii, quin & Triumphantes fasces demittebant, non vota sancte nuncupata, non religio, non pœna mortis acerbissima à vetito hujus rami fructu arcere potuerunt.

Penelopæ licet esse tibi sub Principe Nerva,

Sed prohibet scabies ingeniumque vetus.

Concupiscentia carnis, & libido oculorum vesana, & fastus vitæ,

Quæ tria pro Trino Numine mundus habet,

Marc. ult. non ex Deo, sed ex Diabolo sunt. Ut omne
19. 2 Cor. peccatum ex Dæmone, ita præcipue libido
5. 5. Lege hæc: Septem Dæmonia Mariam Magdalenam
Val. Max. L. 9. c. 12. invaserant: Paulus incestuosum Satanæ tradi-
Plin. L. 7, dit. Ita per pudenda Pythiæ apud Chryso-
53. mum, & ex virginali cujusdam puellæ, apud
Magiri Dis- Rhod-
quis. Mag. 4. 3. 9. 7.

Rho
Coty
suba
tua
liciis
sunt
vota
bis p
tate
dign

Quo
quoc
inge
cum
fenti
ne ac
nihil
gend
Q
Nor
dant

gile
Ca
que
mo
not
inf

Rhodiginum, clauſtro vaticinatum conſtat
Cotyttum. Qua de re viduas gannientes &
ſubantes Dæmone obſeſſas dicimus. *vivæ mor-*
tue ſunt, ait Apoſtolus: quæ in mollitiis de-
liciiſque ætatulam agunt, ſibi ipſi poſthumæ
ſunt, quia corpus in ſagina, mens Diabolo de-
vota. Nec enim vivere, ſed valere vita eſt.
bis perit Meſſalinæ neptis, quia vita in voluptate
perpetua mors eſt. Luxurioſi itaque ſoli
digni dicuntur, ut bis morte pereant,

I Tim. 5, 6.

Cyrillus
vocat
πέντε ἔτη
& ἵνα
τὸν

---- cœnent licet oſtrea centum.

Quodnam igitur fuerit primum peccatum,
quod lethum peperit, & noſtrum infirmitatis
ingenitæ vitium, malumque noſtrum domeſti-
cum, facile quivis, cui datum eſt habere naſum,
ſentire & ſubolere poterit. Docte de propagi-
ne ac traduce peccati Auguſtinus teſtatur, *Eo*
nihil eſſe ad prædicandum notius, nihil ad intelli-
gendum ſecretius. Agedum videamus

* Qui ri-
gidum in
molli clu-
ne liben-
ter ha-
bent, quos
vellem ra-
phani mu-

Quid valeant humeri, quid ferre recuſent.

Non unum hominum mentes agit pytiſſima,
dantur * Maſturbatores, Friçtrices, Fellatores

gilesque percurrant, facile perci-
pient ſcabiem ingeniumque ſuum
vetus. Cæteros, quibus necdum vitæ ſuæ
modum noſcere datum eſt, quibus-
que ignota prodigioſa hæc commenta,
execrandaque & barbara Venus,
monitos velim, ne paginam hanc
legant, vel lumen ex lexiis (quædam
notavit Card. Perottus, quædam
Scioppius, doctius hanc palæſtram
inſtruxiſſent Rumetus & Pollutianus)
ſibi comparent.

Ne legeres partem laſcivi caſta libelli

Prædixi & monui: tu tamen ecce legis.

Tu qui ſectarum cauſas & pondera noſti:

Dic mihi Præcidi, Pannice, dogma quod eſt?

rit. In
mentis
es viri,
er eſſe,
mor-
uella,
t.
ntus.
bent.
entum
vitta-
, quin
, non
pœna
fructu
a,
us.
alorum
bet,
omne
libido
alenam
e tradi-
yſto-
, apud
Rho-

Sodomita.
ta.Stoep schij-
ters.

& Fellatrices, Irrumatores, Stercorivori, Cun-
nilingui utramque scenam ac schema faciunt
Pæderastæ, Drauci imbulbitantes cinædi, pa-
thici ac pathicæ & meritorii hystriculi sive
pusiones, masculæque Lesbiatrices, Sarritores
pariter ac Quadrupedum insultatores ac succu-
bitrices, nec non imbuminantes menstruorum
forbillatores. Reliqua non finit pudor, tu su-
spicare ea, quorum nox sola conscia.

Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

E'ρωs.

Voces ob-
scenæ.
Omnia li-
bidinis ars.

Passim & noti sunt barbati mœchocinædi, evi-
rati spatolocinædi, embasicætæ, pullipremo-
nes, aliique ceventes Romuli nepotes, qui
piscinam aquasve irrumarunt, terram matrem
foderunt. adde fellarias & spinthrias, omnem-
que Lacedæmonia, Sybaritica, Ionica &
Syracusanæ libidinis artem, quæ cuncta per-
censere numerando, aut scribendo detegere
nec ego nec ullus possem.

*Promptius expediam, quot amaverit Hippia
mœchos.*

Ἐπετάσματα utar, dum quædam fatius est
causæ detrimento tacere, quam verecundiæ di-
cere. Arsenoceitæ, Catapygi, Pædophthori, A-
naphtysti πολυμῆντες Ἐπετὰ φύσιν. Betæ, Vol-
si Ludii, Scarabæi vulpesque puellariæ hester-
næ cœnæ occurrunt perditæ, orbem pytismate
lu-

lubrica
introit
gito u
cientis
dunt
exolet
pium,
cipere

Om

Nulla
num fa
diræ
dum
non i

Per

Et

Unde
nentiæ

pide

transg

Eva a

gustui

lino in

fauciu

ἀδύω

ablud

sunt

lu-

lubricantes, ut facilius postici vulneris fossori introitus esset. Imbulbent molles, qui digito uno caput scalpunt natesque Polycarmi facientis scindant. Omnia concupiscunt, vendunt & emunt. Proh pudor! quanto magis exoletus omnia pati non recusat! Nil tam impium, nil tam nefandum quod animo non conciperent, & conceptum non exequerentur.

ἢ πὸ δόξ
totus liber
2. de Prost.
Vet.

Omnia fanda infanda, malo permista furore.

Nullum tantum scelus est, nullum tam magnum facinus, nec ullæ adeo in illud strictæ ac diræ leges ac sanctiones, ad quod suscipiendum perpetrandumve voluptatis libido eos non impellat.

Periere mores, jus, decus, pietas, fides,

Et qui redire nescit, cum perit pudor.

Unde factum ut D. Patres & Cardineæ Eminentiaæ Flaminum doctissimi *Ἰπποτόμος* intrepide affirmaverint, Primam Protoplastarum transgressionem, nihil aliud fuisse, quam quod Eva averso ordine quadrupa inclinata culum angustum (quem ficosus ille hystrix Casa *Fornelino indigitat) inepte præbuisset Adamo, & ipse faucius hesternæ cœnæ occurrerit: quod nec *ἀδωάτων* vel *ἀντίρρητων*, nec à verosimili adeo abludens, utroque pollice favere haud veriti sunt Cordatiores interpretes: Nimirum cum

Cajetanus.

* Satyræ
Bernæ capitolo sopra
il Forno.

&

& multas ejus neptes etiamnum occupaverit
 intempestivus hic furor, quæ nunc pronâ nunc
 supinâ delectantur agitatione & amoris pu-
 dibundi malesuadis obsequuntur votis. Quis-
 nam hominum, quem tu contentum videris
 uno flagitio! redit in faciem scelerumque im-
 mane resumit ingenium, neque ullum finitur
 vitium ibi, ubi oritur. Proh seculum! Proh pu-
 dor! Adam! Adam

Quid diceret ergo?

*Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstrâ
 videret!*

ἀρεφόν. verum cum nec γρὺ nec μὲ hujus lubrici
 schematis occurrat in textu, ideo hanc opinio-
 nem ex conjecturis calculo meo approbare
 vix ausus fui, gnarus effati D. Petri: ὅτι
 πᾶσα γραφή ἰδίας ἐπιλύσεως ἔχεται.
 Nostram sententiam Dei eloquiis magis con-
 gruam conscientia & lux cordis docuit, & in
 proprio vase quisque nullum adeo vehemens &
 frequens ubicunque sentiet reperietque vi-
 tium. Sed quid multis? *Veritas verborum ad-
 minicula non desiderat.* Huc collineare visus
 est egregius illæ in Israële Psaltes.

*Psal. 51, 7.
 Job. 15.*

S. XI. Regius Vates, *En, inquit, in iniqui-
 tate formatus sum, & in peccato fovit me mater
 mea.* David sincero corde fornicationis &
 adul-

adulterii sui pœnitentiam agens, ascendit ad primam *prave cupiditatis* originem. Testatur *Genes. 6, 5.* se non peccasse in utero, sed in peccato conceptum & fotum, adeoque ipsum coëundi pruritum, & effusi feminis titillationem, in parentibus, dicit esse peccatum. Augustinus *massam perditionis*, & Ambrosius *inquinamenta nature & partus contagia* dixere.

Quod genitum est ex carne caro est. Adeoque *Job. 3, 6.*

omnes sumus antiquæ impietatis labe (*quam scabiem ingeniumque vetus Martialis, sanctiori corde & ore Prudentius ingenitum & placitum dixit nefas*, ut sagaci stylo restituit Nob. Nic.

Heinsius, cui ob immensam affabilitatem & humanitatem totus quantus nexu & mancipio devotus sum) & antiqui serpentis plagâ polluti,

omnes, inquam, excepto Christo, Sancto Sanctorum, qui non novit peccatum. Fuit enim

Sospitator conceptus ex virgine & Spiritu Sancto, sine ullo pruritu fatus atque gestus. qui

itaque non est genitus ἐκ θελήματος ἄνδρός, non potuit à matre inquinatus esse

ἑαυθροῦ. hinc Augustinus: *Præter hoc vinculum concupiscentiæ (scil. coëundi) natus est*

Christus sine masculo, ex virgine concipiente per Spiritum Sanctum. Non potest iste dici, in ini-

quitate conceptus: non potest dici, in peccatis ma-

ter

Genes. 6, 5.

Job. 3, 6.

Heb. 5, 15.

7, 26.

2 Cor. 5,

21.

Luc. 1, 35.

Christus.

De Nupt.

L. 1. c. 12.

Timot. I,
15.

Jezer.

ter ejus in utero eum aluit, cui dictum est, Spiritus Sanctus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te. Peccatum originale, quo mens & conscientia nostra polluta est, Hebræis dicitur Jezer, hoc est, figmentum malum & fermentum, quod est in massa, nobis innata illa concupiscentia & ingenita coëundi corruptela: Jezer illud quasi fermentum massam fervefacit, tandemque quod semel intus innatum est, mox cum ruptis lumbis exierit, fit non caprificus, sed bipes asellus & adhinniens caballus. Si quis itaque hac titillatione percitus sit, ducat uxorem perhibent in cathedra Mosis Rabbini.

Ureris, uxorem ducas, non convenit uri,

Conjugis in gremio mortificanda caro est.

Qui si ducat & generet, iterum ex carne carnalium producit, dum massa illa in utero modo eadem labe inquinatur:

Lucet. L. 4.

Unde feritur, eo tendit gestitque coire.

Hæc Venus est nobis, hinc autem est nomen Amoris.

unde sanguinolentus infans, postquam ejus membro genitali (quali ipse generatus, & curjus siphonibus ipse suo tempore pulchra prole Rempublicam beabit,

Hæc fierent, si testiculi vena ulla paterni Viveret in vobis.)

inflicta est fœderis plaga, regeneratus & af-

ci-

citus demum censetur. quo alludit Deus ubi Exech. 16.
 Hierosolymam virgini comparans, dicit:
 cum adhuc menstruo sanguine te pollutam &
 à matre rubentem, id est, originali pecca-
 to inquinatam, viderem, te sustuli. Car-
 nis adversus Spiritum lascivientis petulantiam Peccatum.
 peccati nomine expressè infamat Apostolus. Rom. 7,
 Concupiscentia est voluntas improba, qua ani- 17.
 ma appetit fornicari in creatura. Per unum
 hominem *peccatum* in mundum intravit & con- 1 Job. 2,
 cupiscentia carnis non ex patre sed ex mundo 6.
 est. Adeoque peccatum κατ' ἐξοχῆν est
 coëundi pruritus ejusque perfectio. Ita nihil
 tralatitius apud auctores Græcos & Latinos,
 classicos ac proletarios, veteres & recentiores,
 ita ut posterioris ævi dicta, etiamnum in subli-
 mi cathedra, quam *thronum* vocat Eusebius,
 non respuant Declamatores.

Non ego, ne pecces, quum sis formosa, recuso. Ovid. L. 3.

Cui peccare licet, peccat minus. 13. L. 3.

Et apud purissimæ Latinitatis impurissimum El. 4. L. 11.
 auctorem: *Jupiter peccaturus in terris: id est* El. 5.
adulteraturus & scortaturus. & Polyænus ad Propert.
 Circen: *Fateor me, domina, sæpe peccasse. illud* L. 2, 30.
unum memento, non me, sed instrumenta peccasse. Mart. L. 1,
 Satyriographus in celeberrima Satyra de te- 35. Petron.
 nuiore sexu c. 90.

minimumque libidine peccant. Sat. 6, 134.

Lactan-

L. 5. c. 19. Lactantius. Quid enim latro sacrificat aut gladiator rogat, nisi ut occidat? Quid meretrix, nisi ut plurimum peccet. Ita γυνὴ ἁμαρτωλὸς apud Lucam. & Lyricus

L. 1. Sat. 2.

----- Quid inter-

Est in matrona, ancilla, peccesve togata.

Omne peccatum est transgressio legis, sed καὶ ἕξοχίω denotat transgressionem sui lecti ad alterius, ut adulter qui ad alterius desultorio modo thorum transilit.

--- Sanctum nihil est & ab inguine tutum,
Non matrona laris, non filia virgo ----

Venter.

peccat perditæ, qui naturæ ordinem resupinans omnium corporum cava quærit, pene & ventre qui cuncta lacerat. Jure merito apud Porphyrium Ægyptii, nec non Euripides ac Homerus, ventrem omnium malorum cladem & fontem dixere, utpote qui primus peccavit. Figmentum hominis ab ineunte ætate fuisse malum dixit Moses. Omnia scelera, flagitia, quæ faciunt homines in duabus rebus consistere fatetur Agellius *mali-
tia atque nequitia*. nequitia autem plerumque pro stuprandi petulantia sumitur apud Peccandi & nequitiarum Ephorum. Voluptas itidem καὶ ἕξοχίω pro concupiscentia carnis, oculorum libidine & ipso coeundi actu. Græcis ἡδονή,

L. 7. c. 11.

Ovid. L. 3,

4, 10. &

L. 1. Fastor.

Mart. L. 9,

69.

Genes. 18,

12.

quam

quam vocem nonnulli deducunt ab hoc horto

Edenis: unde Doctiss. πολυμαθεῖς ατθ' & Hist. Patr. Ex. 4. 8. 79.

κριτικώτα Joh. Heideggerus. Nec vani-

tatis arguerem (nempe Goropium Becanum)

qui ex Eden existimat descendisse Græcorum L. I. c. 12. Proft. Veter.

ἡδονὴν voluptas & Poëtarum Adonidem Priapi L. I. Epist. 17.

patrem. Quem Adonosirim & Thamutz dictum In Demonst. Evangelica.

demonstravimus. Mosen idem ac Adonidem,

Faunum Silvanum, ipsumque fuisse Priapum Col. 3, 5.

adstruit Huetius. Huc refer illud Venusini,

Sperne voluptates, nocet emptæ dolore voluptas

Ut caro pro pudendis, ejusque opera carnis, ita & membra, terrestria, eorumque opera, terrestria dicuntur. Mortificate membra vestra *terrestria*: scortationem scilicet & immunditiam ac libidinem, ut parcos Deorum cultores & infrequentes haud latet.

S. XII. Regeratur forsan, in infante luculentiori indicio deprehendi, iræ, rancoris, fastidii, impatientiæque scintillas. occuparunt puellum multa scelera, quorum catalogum texit Apostolus, ita ut nec quicquam vile sit in eo, nisi mali mores. Sed ubinam inter boni & mali nomen decernere valeat, prius libidinis fomites deprehendet, & oscula figet, quam unguibus secabit. Omnium hominum ingenium ab infantia proclive est ad libidinem. In segmen-

Rom. 3, 10.

E

tatis

t gla-
etrix,
ptra-
er-
sed
lecti
ltorio
m,
esupi-
pene
merito
Euripi-
olorum
ui pri-
ineun-
Omnia
nes in
s mali-
amque
ccandi
m καί
olorum
ἡδονήν,
quam

Infans. tatis cunis se Virum esse testatur infantulus,
cujus

--- nondum implevere medullas

Nativæ mala nequitia.

parvulo flenti gaudium creabit cunarum motor,
agili digito si ejus pudenda tetigerit. Italæ pu-
pas ejulantes non alio modo ad quietam redi-
gunt mentem, quam si minimi digiti extremâ
parte, inferorum labiorum crepidinem fri-
cuerint. Jam sentiet opponens, placito amori
pugnans, humanum peccatum, ad quod na-
turâ faciles sumus, qui dux & comes deesse non
potest, nam & ipsa etiam res sine duce, sine
comite procedit. non pronum tantum est iter
ad hæc vitia, sed præceps: Pulchra puella cito
adamatur, fœda facile concupiscit, pupa

Et levis erecta consurgit ad oscula planta.

Nemini pudor est, omnes ultro rogant, dant
atque porrigunt. errantem per totam vitam
peccata hæc delectant. Multarum luxuriosam
& exercitam juventutem tentigo in ipso ca-
durco sopivit modo. Antequam ejus essent
ætatis, ut muliebris patientiæ legem accipere
possent, gemere & minurire solent crudæ pu-
pæ, & devirginari anhelant flagitantque vir-
gunculæ. Cum subacta cervice jugum necdum
ferre valeant, nec arietantis impetum sustinere
possint acerbæ virgines, infami digito immi-

De ma-
sturbatori-
bus L. II.
c. 3. Profl.
Veter.

lege Horat.
L. 3. Od. 6.

De Frig-
Aricibus
L. 2. c. 5.
de Prostib.
Veter.

tis
de te
patie
chis
verat
nuptia
victim
unqua
enim
joribu
quæda
vebatu
carnal
gere,
lerat.
Cu
Nec
Illu
Nu
Præte
vix ad
pubert
adeo in
phones
posse
cum ca
atque

tis uvæ tollunt cupidinem, & incestos amores
de tenero ungui meditantur. Ante annos ad
patiendum gestientes devirginabatur Panny-
chis apud Arbitrum. *Sine dubio non repugna-*
verat puer, ac ne puella quidem expaverat
nuptiarum nomen. & Quartilla Priapi tandem
victima, *Funonem meam iratam habeam, si*
unquam me virginem fuisse meminerim: infans
enim cum paribus inquinata sum, & subinde ma-
ioribus me applicui. & Cunæus noster: *Puella*
quædam in servi complexibus, ignarâ matre, vol-
vebatur, ne prima nocte virum timeret. Experta
carnalem lanceam vulnus haud cruentum infli-
gere, vitulum deinde tulit, quæ taurum sustu-
lerat.

*Dum me-
tuit telis
vulnera
prima no-
vi.*

*Cui necdum teretes fratrant in pectore mam-
ma,*

Nec tenera angustum lana foramen habet,

Illius humorem nec menstrua Luna fatigat.

Nunc fricet angustum pene furente specum.

Prætextatus datur adulter, & subrumi hodie
vix adeo pueritiâ & inexhaustâ sunt insignes
pubertate, ut quondam Germana pubes, nec
adeo innocentes ut inter vaginam & ejus si-
phones viscerumque cubos distinguere haud
possent. Pusiones *ἐλκυστικόν* & hæc amatoriiis
cum canticis à teneris imbibunt, & cum papa
atque bua, antequam τὸ Ta ta, Ma ma fari



Rhodig.
L. 14, 10.
Brantome
les vies des
Dames Ga-
lantes T. 2.
p. 51. &
Mercur
Galant.
Tom. 5.
p. 52.

Charta prae-
viente sale
tincta, quæ
faciunt sine
fœmina
maritos, &
sine viro
uxores.

Ζωὴ καὶ
ψυχὴ.

valeant, nequitiarum πολυθρύλλητα coine-
dunt, modulantur, fringultiuntque. Quin &
pueros decennes imprægnasse mulieres litera-
rum monumenta docent. Nec puellæ adeo
simplices ut Jove quondam necdum barbato,
cum inter halecem & mutonem nullam diffe-
rentiam cognoscerent. Multæ simplices sunt
ut columbæ, omnes vero astutæ ut perdices;
dum ante alpha & beta suopte ingenio scire
desiderant clinopalæ arcana omnemque libidi-
num artem ab Annibale Caraccio, Raphaële
Urbino, Tatiano, Romanoque Batavo deli-
neatam adhamant. Quo pacto familiam duo
augere possent tertio, per silentii θρύλλον &
occultum murmur inquirunt, adeo ut prima
conjugii nocte sciant, quo trahantur, neque
facturas se ultra, dum se posse puerili verberere
moneri clamitent mutoni dementi supplices.
Ultra nequitiam fractæ, resupina voluptate,
delumbi faliva, scintillantibus oculis, & bal-
butiente, ast supina, linguâ dimidiata glociunt
verba, rhythmum affectantia scenicum. cantilla-
tionibus pessimi Poëtæ edulcantes, tenero pa-
lato modulantur thalassiones & fescennina Bru-
lesques. tremulo plasmate & tenellula voce
clangentes, gingriunt tam delicate & molli-
ter, ut intima scalpant. Sapphoni, Thaidi,
Glyceræ vix cedentes, grunniunt, grundunt
atque

atque
furta
tur,
anim
tame
dulce
aut a
ra;
in sua
hilon
dari p
nodo
tur,
minis
ne pr
bidin
neque
non p
clam
dum
N
Quo
ra, i
tur,
gene
perat
C

atque quiritant. Multi equidem à natura in furta, homicidia, avaritiam proniores videntur, quam in adulteria aut fornicationes. *Mores animi sequuntur temperamentum corporis.* Ita tamen ut nec à Venere plane abhorreant. In dulcedinem vertere se amaritudo non potest, aut ariditas in humorem; calor ignis in frigora; aut quod rei cuicunque contrarium est, in suam sumere atque immutare naturam. Nihilominus hi mutari vel educatione, vel emendari pœnâ poterunt. Qui autem libidine, hâc nodosa, peccatorum principe & duce infestantur, nec honestatis retinaculis nec supplicii minis corrigentur, utpote medullis & sanguine prava concupiscentia circumscriptis, & libidine evigoratis. *Hæc res in se neque consilium neque modum habet ullum, eam consilio regere non potes.* hinc Chærea: *Hanc tu mihi vel vi vel clam vel precario fac tradas, mea nihil refert dum potiar modo.*

Natura sequitur semina quisque suæ.
Quod si hac urticâ & erucâ tincta sit natura, incipiatque se movere, furcâ licet eradice-
tur, tamen eousque recurret, etsi cum Origene testes vel caudam ferro demeteres pro-

Unicuique dedit vitium natura creato.

Apul. 1.

Impia V. ninus Dialog. 48. ructat.

De Eunuchorum propudiosa libidine L. 2. cap. 5. §. 3. de Prostib. Veter.

--- prolem fata sequuntur

Continuum simili servantia lege tenorem.

Facilius reperies albos corvos volantesque testudines, quam mente castas: adeoque tam exanguis vetulas & torridos senes quam crudas puellas, succiplenas virgines, matronas musteas juvenesque fervidos vexet perprurificens hæc libido. In ὀφειλομένη βύνοια si parentes magis ebrietate quam libidine, odio quam amore, rapinâ quam blanditiis, ambitione quam voluptate dulciori flagrent æstuentque, proculdubio & ad ea vitia magis inclinabit proles, quam ad libidinem carnalem;

Consulesis
Vanini
Dial. 49.

Genes. 30.
37.

Mantuan.

Qui viget in foliis, venit à radicibus humor,

Sic patrum in natos abeunt cum semine mores.

Ita tamen, ut non destituatur natus puer eo vitio, quod fuit primum omnium & cuique reatum inducit, dum blandissima amoris vis per omnium pectora, titillante urtica & pruriente cæstro, concutitur. Unde fit ut infans modo natus reus sit delicti, nondum capax præcepti nec potentia; quia figmentum ejus à pueritia est malum, quod tanquam summum bonum, actu Epicurei, animi cogitatione Stoïci semper exercuere, qui censorium supercilium barbaramque udam muliebribus terere amplexibus haud recusarunt. Ecce omnes accendentes ignem & circumcingentes favillis, ambulant in luce ignis, & in malleolis, quos succenderunt. Adeo ut nil verius sit, quam per unum hominem

Genes. 8,
21.

Augustin.
de Civ. Dei
14, 5.

Esai. 50,
11.

nem hanc libidinem in mundum intrasse, & ^{Titulo res digna se- pulchri!} per eam mortem. Sic in omnes homines mors transiit, quia omnes peccarunt. ut docte vertit L. de Dieu. Nam omnes quicumque terræ munere vescimur, animo & corpore scortati sumus, etiam in legitimi matrimonii actu: istud γαργαλιζειν & omnium sensuum vertigo, non potest non esse veteri scabie polluta; nam dum pro æternitate omnibus dimicatur nervis, nulla Dei aut religionis ratio trutinatur: quod si tamen fiat, infantem proculdubio quarta luna coagulatum, pistum & natum videbis. Nisi Adæ primum peccatum fuisset coitus usurpatio, qua & nos abutimur, quæ nobis imputari posset ejus simplex usus pomi: dum nos ^{Celsus L. I. Suet. in Dom. c. 21. Lamp. in Alex. Rom. 5, 18.} poma & fructus quosvis licite cum gratiarum actione edimus, coitu non fruimur, nisi peccati prioris reatus rei. Apostolus autem ubique unius transgressionis Adami, quæ nobis imputatur, meminit; adeo ut cæterarum ejus imbecillitatum & infirmitatum quidem participes simus ærumnosi homunculi, non tamen rei.

§. x i i i. Hisce ita computatis, demonstratis ac luce meridiana clarius deductis, fructus & arborem constitisse in voluptate si- ^{Τεχμη- ερα.} ve concubitu, sequentes etiamnum evincunt

Adde Me-
nandri ef-
fat. apud
Stobæum
Tom. 4.
Tit. 4.
Genes. 3, 7.
Isidor. Ori-
gin. L. 19.
c. 22.

Indosch.
L. 5. p. 486.

Gen. 3, 25.
August. de
C. D. L. 22.
c. 17.

Odyss. 6. 1

Arg. c. 8.
§. 8. Levit.

suffragantes rationes. ἴνα ᾧ δὲ ἐνθα ἔ
αὐδός. ubi pavor, ibi pudor. Transgressores
non totum corpus, nec faciem assâ squillâ ru-
bicundiozem pudibundi texere togâ aut pallâ ;
sed consciæ mentis pavore, pœnâ præsentē,
suffusi, perizomatis & succinctoriis, ex foliis
(non equidem acu & filo consutis, sed fron-
dibus confertis) fici, quorum magnitudinem
ex Theophrasto nobis suppetit Becanus, sub-
ter quæ proculdubio turpiter illa virum cogno-
verat, sola genitalia, quæ peccaverant, obne-
bularunt. Nec Eva ramum super oculos po-
suit, ut quasi pariete interposito, audacior
facta rem aggredieretur de novo ; sed per digi-
torum cancellos extinctum caput tremulo
marcidoque aspectu videns

Lena manu lachrymas mutoni abstergit amica.

Adam & Eva erant nudi & erubescabant, ait
textus. ingenuus hic pudor nascitur ex sola hac
voluptatis turpitudine, qui pudor & voluptas
primum nos post peccatum invasit. Simile le-
gitur de Ulyssæ apud Homerum. Postea de-
mum ipse Deus iis tunicas pelliceas & scortea
succinctoria (antiquissima vestis Propertio,
Ovidio, Juvenali, Lucretio, nec non Polluci
ac Æliano) eorum animalium, quæ ex victimis
mactatis ac oblatis Adamo cesserant, fecit eos-
que vestivit. Unde & illa pars, quæ contra

man-

mandatum porrexit ac arrexit, postquam rubore suffusus anteaetæ patratiōis pœniteret, pudendam dicitur; quia absque pudore ne adspici quidem potest. quæ membra *turpitude & nuditas* dicuntur; * *turpia & vilia membra* Senecæ, *Inhonestæ* Isidoro. quod sine verecundia nudari nequeant, hinc semper velari indumento docuit hæc

Natura partes, veste quas tegit pudor.

quapropter Chamus irreverenter verenda patris Noachi (quem Saturnum vocat Maro, & historiam refert Iustinus) denudans, maledictus legitur. Semper honor & pudor huic venerabili pudendo habiti: post fata sua Jul. Cæsar, Lucretia, Polyxena curam habuere, ut honestius caderent. Quicumque etiamnum barbari nudi, subligaculo tegunt pudenda. Petrus nudus dicitur piscaturæ incubuisse, ita tamen ut licio sive cincticulo verenda involverit: Rerum furtivarum inquisitores nudi cum lance & licio celata investigabant, qui proculdubio succincti alutâ, domum honestam intrare alias aucti nunquam fuere. Revelare nuditatem pro actu venereo, adulterio, & scortatione. alicujus nuditatem videre, est cognoscere carnem suam nudare pro incestum committere, frequens in sacro Codice lectio. Denique severè animadvertit Statutum in mulierem

Deridet hoc
Vaninus
Dial. 48.
Isidor. Origin. 11, 1.
Exod. 20,
26. & 28.
42. Levit.
18, 6. 20.
§. 17.
1 Sam. 20,
30.
Hoseæ 2, 9.
Nah. 3, 5.
Hab. 2, 15.
* 7, 2. benes.
Phædrus.
Gen. 9, 22.
Iust. l. 14.
Flor. l. 4.
Plin. l. 4.
Ep. Euripid. Hec.
Plutarch. de clar. mulier.
c. 15.
Iob. 21, 7.
Lev. 18, 6.
c. 20, 11.
Ezech. 22,
10.
Deut. 24,
1.
Levit. 20,
17. & 17.
Deut. 23,
§. 14.

Deut. 25,
§. 11.

Lib. 5.

Talio.
Matth. 7,
16.

Pœnæ
corporales.
Gen. 3, 16.

Aristot.
Pol. l. 7. c.
9. & c. 16.
De generat.
l. 1. c. 11.
l. 4. c. 6.
Sid. Apoll.
l. 1. *Ar-*
gon. Nonn.
Dion. 41.

procacem & audacem, adversarii cum marito suo rixantis verenda contorquentem: tum ob fatale periculum delicato membro facile imminens, tumque ob brachiarum ignotum usum, nec non tacitam reverentiam, quam pudibundæ matronæ ob peccati, à se moti, reatum ei debent; unde & *reverenda* dicuntur Arnobio.

Fatum est in partibus illis

Quas sinus abscondit.

§. xiv. Recte etiam notant Hebræi pœnas transgressoribus inflictas respondere huic voluptati. Adam voluit ex spinis uvam colligere, & Eva ex tribulis ficum. proh pudor! Dulcis amarities amor est, voluptas peritura tristi semper dolore mista, libidinis comes mœror. Morbi voluptatum usuræ sunt. Dicit autem Deus: augendo augebo ærumnas tuas & conceptus partusque tuos, & angustiam à conceptu usque ad partum multiplicabo, fastidio cibi, deliquiis, lassitudine ac doloribus. Abel cum vanitatem denotet, dicitur tamen & Josepho πένθος *dolor*. Habet, peractum est: quas petit, pœnas dedit.

Certe ego, si nunquam peperissem, tutior essem:

Infelix fructus in mea damna fero.

Inter omnia animalia mulier maxime in partu vexatur, teste Aristotele. Bruta licet doloribus non minus crucientur, attamen difficiliori

lon-

longe nixu laborant mulieres, adeo ut, si parturientes non cohibeant anhelitum, & oscitent, vita periclitentur. Rupicaprae emittunt dolores suos, id est, foetus ait Hiobus; sed primiparae etiamnum vehementioribus torquentur cruciatibus. Scortum apud Comicum gravidum ad militem:

l. 12. C. qui pot. in pign. Oppian. l. 1. A. V. 484. Arist. 7, 9. Hom. Il. λ. 139, 3. Jer. 4, 31. contra Var. vol. 2. c. 10.

Salve
Qui me interfecisti pene & vita & lumine,
Quique vim magnam doloris per voluptatem
meam
Condidisti in corpus etiam quo nunc morbo
misera sum.

Medea apud Euripidem ter maluit sub armis vitam periculose exponere, quam semel parere. Lege sodes Philonem Judæum ἢ τῶ Ἐὶ ἀφ' ἁρτίας νόσου. Tandem dicit Supremus Arbiter, licet dolorum causa erit maritus tuus, nihilominus tamen desiderabis congressum ejus. hinc amor mulierum excedere videtur reliquos amores, cum diligant præter naturam subactores quasi carnifices, quos & Dominos agnoscunt suos, horum dolorum causas: hinc apud Stobæum jocatur Sophocles in mollem sexum, quod cum partus cruciatu distinetur, abjurare soleat omnem maris concubitum; postea periculis defuncta puerpera ejusdem voluptatis & æstri retibus denuo implicetur: Septem mulieres unum apprehen-

2 Sam. 1, 26. Puerpera. Euripid. Med. August. Confess. 69. c. 9. 1 Petr. 3, 6. Esai. 4, 1.

dent

arito
n ob
e im-
sum,
bun-
m ei
io.
lis
pœ-
huic
colli-
udor!
ritura
comes
Dicit
s tuas
iam à
fasti-
ribus.
tamen
actum
essem:
partu
dolori-
ciliiori
lon-

dent virum. Nec minus sæva pœnæ fatelles,
 Venerium Adamum celeri pede secuta, ad a-
 mussim ejus peccato respondet. Mortalitatē
 noster Candidatus segnitiam atque socordiam,
 lectuli otio quam labori habilior, incidit in la-
 queum ac barathrum Sathanæ; corpore itaque
 & animo inquietus & petulans *Ἰαύμα Ἰαυ-*
μάρτων creaturarum princeps, similis factus
 est equo & mulo, nam subrectis adhinnivit ge-
 nitalibus. Vernis passeribus falacior, omni
 glandulæ pinealis vertigine circumactus rem
 brutalem brutali schemate aggressus est, incli-
 natam tumulo pronam superincurvatus secure
 dedolabat. tolluntur pedes, ô medicina gra-
 vis! Itane Homo factus est similis adhinnienti
 caballo, aut barrienti Elephanti?

Ærumnæ.

Clem. A-
lex. l. 4.
Strom.Psalm. 32,
9.

Ab gemat in terris, ista qui protulit arte
 libidinis mellimela. ô dulcis amarities! beatus
 qui procul gannitibus improbis, quos *cupidine*
carnali, quæ nobis communis est cum belluis,
 notante Stagyrita, *non ratione* metimur.

L. 7. c. 6.
Ethic.Gen. 3, 17.
sic 1 Reg.
2, 7. Rom.
8, 21.
Hebr. 6, 7.Leges Pan-
dectas Pli-
nii.

Quapropter Deus terram propter hunc inale-
 dixit, ut eam comederet; id est, ut terræ her-
 bam cum jumentis, quorum venerantium, ca-
 priscantium, ceventium, subantium, bar-
 rientium, gannientium, grunientium & gruen-
 tium, pariter ac hirquitallentium, aliorumque
 trufantium & pipillantium animalium naturæ
 par-

particeps factus esset, manducaret, & panem
atque cibum tædio, labore ac lassitudine sibi
compararet. *In sudore vultus tui vesceris cibo.*
Sic seros nepotes docuit paupertatem privatis
quæstibus expellere.

Jam rastros patietur humus, nunc vinea fab-
cem.

Audiamus Marci Tullii effatum apud Augusti-
num. *Homo à natura in lucem editur corpore*
nudo, fragili atque infirmo, animo anxio ad mo-
lestias, humili ad timores, debili ad labores,
proclivi ad libidines, in quo divinus obrutus est
ignis, & ingenium & mores. Tandem subji-
cit Supremus Pater, & patris sermo Chri-
stus cum Spiritu Sancto: *En hominem, factus*
est quasi unus ex nobis, verum procrea nunc
hominem ad imaginem tuam, pulvis erit &
in pulverem revertetur. Et ita vita homini-
bus in pœnam data videtur, cum antea mi-
tis & amabilis soror, nunc tristior noverca
nobis sit.

Heu, heu, nos miseri, quam totus homuncio
nil est!

Atque ita invidia Diaboli, pallentes morbi &
tristis senectus & ipsa mors in mundum in-
gressa, & nactus est mortis imperium Diabo-
lus. unde eum Christus à principio *homicidam*
prædicat. Notandum itaque Cainum Sathanæ

Nota legendâ
19, 13.

Levitic.

Dracontius

Hexaëm.

370.

Pœna non

crudelis e-

rat, sed

vivere pe-

jus. Irenæ.

l. 3. c. 37.

Gen. 3, 23.

Gen. 3, 22.

adde c. 18.

§. 27. &

Psal. 103,

14.

Sarcastica

subsanna-

tio.

Sap. 2, 24.

Heb. 2, 14.

Job. 8.

pri-

Cain homicida.

πίζα πι-
κείας.
Dent. 29,
18. & c.
32, 32.
Hebr. 12,
15. Tacit.
L. 5. H.
2 Reg. 4,
40.
Plin. 20, 3.

primogenitum (natum scil. ex primo illo contra Dei mandatum pruritu & concubinato) non solum ipsum indemnatum spiritum fato tradidisse, sed & fratrem interemisse. Cain qui per transgressionem conceptus est, filius peccati (sunt Agrippæ verba) sanguinis homicida factus est: neque enim nasci poterat bonus, qui tanto malo erat conceptus. Abel conceptus ad pœnitentiam transgressionis, prima hostia accepta Deo in expiationem carnis, qui sordes nuptiarum abluit cruore martyrii. Hinc illæ lachrymæ, pulchra equidem arbor, sed ejus fructus prima fronte læti, eventu tristes; atque ita fit radix illa amara, vera Sodomorum poma, quæ dum in olla erant, jure merito mortem dixisses in ea latere, ut quondam de fungis agrestibus colocynthydis, cum absynthio amaritudine certantibus, dictum. Arboris minime otiosæ fructus terræ, humani corporis sequestræ, conduntur:

Quis talia fando

*Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles
Ulyssi*

Temperet à lachrymis!

Elementum moribundum, caducum ac grave corporis pondus terræ matri redditur, Spiritus autem & anima (si non sit sanguinis & carnis pruritus cogitatione inquinata) cœli de-

Apoc, 21,
27. 1 Cor.
15, 50.

po-

positum Deo, igneo animarum fonti tradi-
tur.

Πνεῦμα μὴ τοῦ αἵθερος αἰθέρα.

Non tanquam Divinæ auræ particula resolvi-
tur * in Deum, sed vadit ad judicem, qui ei
pœnæ vel præmii locum assignat. humanæ
mentes profundis impurarum cogitationum
recessibus addictæ, sceleribusque inquinatæ,
transferuntur in densum chaos, turpesque
Tartari tenebras, Dei gratia pariter ac præ-
sentia vacuas, ubi conscientiæ laniatu nec non
horribili expectatione futuri tribunalis tor-
quentur. Regeneratorum, quorum corpora
fuere templa Spiritus Sancti, animæ extra an-
ni solisque vias, & nitidos poli axes, cœlestif-
simo cœlestium exercituum fruentur consor-
tio, dulcissimoque Hallelujah glorificabunt
Deum & Christum Jesum, quem gloriæ lumi-
ne vident atque contemplantur. Sicut in Ada-
mo omnes duro Parcarum imperio extincti
ad rogos bustaque ferimur,

Tros Rutulusve suat nullo discrimine habetur;
Ita & in Christo cuncti vivificamur. Non ex
officulo *Lus*, quod rore emolliretur, sed post-
quam vermes confoderint corpus, divinâ po-
tentiâ idem corpus resurget, videbitque gene-
ris humani Sospitorem, qui velut è somnis
solutum illud cadaver ad vitam revocabit.

*Manil. l. 4.
Lucret. l. 2.
Euripid.*

*Max. Ty-
vii Diff. I,
25, 28.*

** Scite J.
Caesar Va-
ninus. Dial.*

*ult. Vovi
Deo meo,
quæstio-*

*nem de
immorta-*

*litate ani-
mæ me
non per-*

*tractatu-
rum, ante-*

*quam Se-
nex, Divus
& Germa-
nus evase-*

*ro.
Eccles. 12,
2.*

*Pauci quos
æquus a-
marit Ju-
piter.*

*Consulesis
Gianinius
vel potius
Le Forge.*

*αὐτῶν
σῆ.*

*Job. 19,
26. fallunt
tur Vossius*

*disp. th. 12.
Sixt. A-
mama An-*

*tib. l. 3. p.
668.
Prudent.*

-- nec dicitur.

---- nec me vel dente vel ungue

Fraudatum removet patefacti fossa sepulchri.

Casto Christi corpori coruscantia electo-
rum corpora conformia fient, gloriosum hoc
templum decore suo vincet. Thetidis formam,
crines ingenio suo flexi rutilabunt, & cæ-
saries refuga crispabitur, ita tamen ut quo-
tidiana succisione fruticantes pili haud opus
habeant: corpora subtilia, nec dilatatis angu-
lis ampliata, decore suo prælucebunt: Tum-
que nulli deformes, aut tardi, senes aut pueri,
nec gibbosi, aut claudi, lippi aut monstrosi,
verum succulenti, juvenili dignitate conspicui,
teretes humeri, patulæ manus, carneum fe-
mur, crura suris fulta turgentibus, internodia
poplitum bene mascula: mulieres & tenellulo
delicatiores hædo, Praxitelis Gnidia Venere
venustiores, nullo naturali vitio excœcæ,
sed justâ formâ graves, omnique dote, quam
petulantibus dictis Petronius aut Aristinæus
describere possent, gratiosiores emendatioref-
que. Ita tamen, ut & sempiternâ sanitate &
castitate cumulatiores Paracleto & Creatori
gloriam tribuant. Tum nec blanditias suas
prostituent Salvatæ, Thais nulla olet, nec
Nonariæ ullæ clepsydræ curam habebunt.
καμιπυροτερον nec ullam deperibit Cupien-
sius, Marsæus & Gordianus nullas sectabuntur

Phil. 3, 21.
Apoc. 7,
16.

bustuarias, Ancillariolus Martialis nullas pedissequas, nec parabilem facilemque Venerem Philodemus, quæ nec magno stat pretio, sequetur, quin iussa est venire, nec Horatius illam, paulo post. *Sed pluris: si exierit vir.* nec Galli hanc. Salustius nec libertinas neque Cosmetas Famuli; cum *σπαρτοπόλιοι & κατὰ-κλειστοι*, Lais,

Ad cuius jacuit Græcia tota fores,
Calvina, Catuena, Chion, Phryne,

Quinctia vibratas docta movere nates,

aliæque Lecticariolæ multa tentigine famosæ, Elephantis & *δωδεκαμήχαν* Cyrene cum Proculejo, Gillone, ac Crispino cæterisque Trojugenis & Baptis, Cotytto sint devotæ ac mancipatæ. Vestalium castimoniam ipse spurcitiæ Deus delibabit, & Palladis virginal velamento suo reteget. Calefant tum Canophoræ, gloriatur tum Proculus, cæsariones nothique levato velo exprobrent libidines parentum. Electi fermento vetustioris labis non vexabuntur, neque ducent aut nubent; adeo ut nullæ beatæ salvatum hominem Iodiciς Ζωὴ & Ψυχὴ blanditiis, nec nigris vegetisque oculis, nec flava coma, nec pede gracili, nec papillis tumentibus, nec pulchris clunibus suis ad antiquum illud nefas pellicere possent, etsi

*Memento
eorum quæ
Thuanus l.
81. p. 431.
Tom. I. D.*

Arg. c. 4,
13. Eph. &
Rom. 8.

L. 22. c. 17.
de C. D.

vellent: velle autem nec poterunt, quoniam non labiles, ut in primis mundi exordiis, sed Deo angelisque similes erunt. Pforam itaque fricant suam Basilius, Hilarius, Athanasius, Origenes, Macarius, & cum iis Grotius pariter ac Scotus, hariolantes cunctos virili sexu resurrecturos, exceptâ Beatâ castissimâ Mariâ; dum conformes erimus imagini Filii Dei & Angelis, inter quos nullum sexus discrimen agnoscit Theodoretus. Ratiuncularum offucias abstergit doctè Augustinus: *Qui utrumque sexum instituit, utrumque restituet, nuptias negavit Dominus futuras in resurrectione, non feminas. Corporibus vitia detrahentur, natura servabitur. Non est autem vitium sexus fœmininus, sed natura, quæ tunc quidem & à concubitu & à partu immunis erit, erunt tamen membra fœminea non accommodata usui veteri, sed decori novo, quo non alliciatur adspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed Dei laudetur sapientia atque clementia. Ad rhombum.*

Circum-
cisio.

Genes. 17,
10.

§. xv. Multiplicatis tandem mortalibus, audax Japeti genus cuncta libidine polluit. Rejectis gentibus, cum populo suo pepigit fœdus misericors ille Deus; ast ut depravatæ naturæ, primâ labe ac ingenito nefas pollutæ memores essent fœderati, ipsis injunxit *circumcisionem*, ut illa pars quæ peccaverat, & per quod

quod transfunditur originale peccatum, esset in fœderis signum, (unde Judæi juramentum præstantes sub femore dextram præputio & inguini admovent. hinc & istud πολυπρῦλλη-
 τον by *sijn mannelijke waerheyt*) & ut præputia cordium nostrorum auferremus, id est, aver-
 tuncaremus pravam illam concupiscentiam. Circumcisio itaque fuit typus carnalium cupi-
 ditatum abnegationis. Lustrico enim die in-
 fantis præputium (ἀκροποδία, sive ἀκροβυ-
 ςία Hesychio τὸ ἄκρον ἔσθ' αἰδίδις *extremum pu-*
dendi, Celso *summa cutis*) osseo cultello vel
 petrino, Chaldæo Paraphrasti *Scalpella acuta*,
 abscinditur. Omnium primo Abrahamo in-
 juncta, & ab Israëlitis Ægyptii mutuati sunt.
 Licet Herodotus ἀπ' ἀρχῆς ipsis alii que Sa-
 turno tribuant apud Eusebium. Nam hi, ut
 Troglodytæ Ægyptios, Israëlitas imitati sunt.
 Dæmon semper simia Dei. Hunc fœderis ri-
 tum adeo religiose & exacte semper observa-
 runt circumsecti & recutiti verpæ, ut bella
 moverint contra Imperatores, quod interdice-
 rent scindere inguinis oram, vetarenturque
 mutilare genitalia & præputia demetere. Ju-
 dæos nodatum caput arte hucusque solvisse
 Omnis ævi series docet. Adeo ut ingenitum
 placitumque nefas rursus videamus, nihil aliud
 F 2 fuisse

Recutiti
 apellæ.
 I Sam. 18,
 25. 27.
 Gen. 24, 2.
 & 47, 29.
 Ph. Ju-
 deus de
 Circumcis.
 Jer. 4, 4.
 Augustin.
 de C. D. L.
 16. c. 27.
 Lact. l. 4.
 c. 17. Rom.
 10, 11.
 Deut. 30, 6
 Lege fodes
 Gomarum
 ad Luca
 c. 11, 21.
 Exod. 4,
 25.
 Josue 5, 2.
 Genes. 17,
 15.
 Act. 7, 8.
 Joh. 7, 22.
 L. 2. c. 91.
 Præp. Eu-
 ang. L. 1.
 Origenes
 contra Cel-
 sum.

ioniam
 iis, sed
 itaque
 anafius;
 us pari-
 ili sexu
 nâ Ma-
 ilii Dei
 scrimen
 offuci-
 rumque
 ptias ne-
 non fa-
 ura ser-
 ininus,
 bitu &
 a fæmi-
 ecori no-
 iscentia
 ia atque
 talibus,
 polluit.
 pepigit
 pravata
 polluta
 t circum-
 , & per
 quod



2 Cor. 12,
7.

Genes.

34, 14.

Exod. 12,

3. 4. Gal.

5, 28.

Ne quidem

à risu me

continere

potui, ubi

vafri istius

Luperi, fra-

tris nempe

Cornelii,

scurrile lege-

rima lemma.

* Iob. 8,

44.

I Iob. 3,

10.

Matt. 3, 7.

Apoc. 12.

Jes. 65,

25. Luc.

10, 19.

fuisse quam coëundi istam libidinem, quæ in sancto Paulo ut labes & spurcitia naturalis deputatur, & illum in concipiendo pruritum, quem in matre sua agnovit David, rursusque in se sensit D. Vates. Ni itaque prima Sanctio- nis transgressio fuisset concubitus, quî pecca- tum hereditarium foret in infante, qui actu ni- hil mali perpetravit, libininosus hic affectus, quo incalescens mater concepit eum, & quem illico persentiens se Virum esse fatetur. Satis pœnarum autem mulieri erat relictum in par- tu, ita ut simile quid circumcisioni subire haud necesse esset; cum uterque sexus in fœdere & in Christo sit unus; dicuntur enim & *filia Abra- hami*. Fœminis & parsum est, quod ex fœmi- na sine virili semine, sospitator noster, semen mulieris caput seductoris contriturus, nascitu- rus esset, quem illæsa virginitate sine ærumnis gessit virgo immaculata, quodque casti ven- tris onus in partum sincerum solvit generosa puerpera. Primi seminis * progeniem fovit hostis faucibus, quam Christus semen virguncu- læ beatæ, Messias sive Michaël destruxit, con- tulit atque subegit; adeo ut irrogeniti figmenti pulvis & cinis serpenti tantum relicta sint in cibum. Pii autem Christi virtute culcabunt ser- pentem & justificati ac sanctificati excusso Diabolicæ Tyrannidis jugo, continuo adver- sus

sus ill
inter
men
serpen
à pua
us vir
ginis
tre, u
inquin
è volu
latus
pulver
boli su
sam P
milis f
lit tam
baptis
gam i
ceret u
forari
bat, ic
clesiæ
bidine
satisfac
tem, j
x v
rificati

sus illecebras ejus pugnabunt. Inimicitias ponam Gen. 3, 5.
 inter te & mulierem, inter semen tuum & se-
 men illius, ait Dominus, illud conteret caput
 serpentis & conculcabit calcaneo. Agnus hic
 ἀμίαντος & ἁγνός & ἄνακτος immaculatus sine ulli-
 us viri opera ἀπατίων, sed in immaculato vir-
 ginis Mariæ vase glutinans carnem insciâ ma-
 tre, unde ἀμήτων, nullo modo originali labe
 inquinatus esse potuit, quia non hoc tenore
 è voluntate viri & fœminæ concretus & coagu-
 latus nec coinquinatus, ut nos homunciones
 pulverulenti. Spiritus S. vis potentiam Dia-
 boli suffocavit, Beatæ Mariæ semen Evæ inas-
 fam purificavit, in omnibus fratribus suis si-
 milis factus est Christus excepto peccato: tu-
 lit tamen pro nobis circumcisionem, & nos
 baptismo ablui jussit, quia ipse pro nobis pla-
 gam in carne insons tulit, ut debitorem se fa-
 ceret universæ legis servandæ: aures sibi per-
 forari passus est, ut voluntariis servis fieri sole-
 bat, idque ut ultro Domino patri & uxori Ec-
 clesiæ, & liberis se manciparet, utque unius li-
 bidine peccatores constituti sunt multi, ita per
 satisfactionem unius Christi, castitate coruscan-
 tem, justi constituuntur multi.

Esai. 7, 14.
 Jer. 31, 5.
 22. Luc. 1,
 37. Heb. 7, 2
 3.
 Melchise-
 decus.

Hebr. 2,
 17.
 Marc. 1, 4.
 Gal. 5, 3.
 Ps. 40, 7
 Hebr. 10,
 5,
 Exod. 21,
 5. 6.
 Rom. 5, 19.

XVI. Suffragantur digressioni nostræ Pu-
 rificationum Sacrificia, quia peccarunt in opere
 F 3 lepi-

Levit. 12. 6.

uæ in
 is de-
 itum,
 susque
 nctio-
 pecca-
 tu ni-
 ectus,
 quem
 Satis
 n par-
 e haud
 ere &
 e Abra-
 fœmi-
 semen
 nascitu-
 rumnis
 ti ven-
 enerosa
 fovit
 guncu-
 t, con-
 gmenti
 sint in
 unt ser-
 excusio
 adver-
 sus



lepido parentes. Offerre debuit mulier pro purificatione, non prolis, qui purificationis signum habuit octavo die, sed suæ ipsius: inerat enim immunditia & irregularitas legalis in conceptus partu contracta. Notanda & textus verba: *Offerto agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ aut turturis in peccatum.* columbas salaces torquatosque palumbes (qui semper Veneris & libidinis avidæ fuere symbola, ut præter mythologica docent Cypriorum & Erycinorum numini rariores apud priscæ ævi reliquiarum indagatores. quo sensu à Prudentio,

*Eva columba fuit tum candida; nigra deinde
Facta, per anguinum malesuadâ fraude venenum.*

Levit. 14,
12. 21. 30.

Si plura cupitis, legite sodes G. Vossium de *Idololatria*, ac Sam. Bocharti *Hierozoicon* atque Gesnerum) in peccati salacitatis suæ reatum offerre debuit puerpera. Leprosum, cuius immunditia jure merito *peccatum* dicitur (Lepram omnem non fuisse scabiem aut Elephantiasin, ex menstruato congressu vel contagione contractam, sed bubones & hernias; quin imo luem Veneream apud Hebræos, Græcos & Romanos notam Libro tertio de *Prost. Veter.* propitio numine docebo. Nam sicut inter hæmorrhoides & ficos sive mariscas

luc-

luculenta est differentia, ita lepra scabiosa à lepra alba toto differt cœlo) offerre oportebat passerem, quia ob acrimoniam humoris quâ perciti erant libidinosi faucii, passerum instar, quos vigesies uno die rem peregisse literarum monumentis testantur Aldrovandus ac Scaliger. unde Juvenalis: *Dic passer.* Denique legitimæ nuptiæ licet castæ ac licitæ, & quin imo in-junctæ sint primitus & benedictæ ob Messiaæ nativitatem, crebro tamen interdictæ sunt ob legalem immunditiam, ut mentes magis in Deum erigerentur; ideo se abstinebant ad tem-pus. Chæremon de Ægyptiis Sacerdotibus: *Abstinebant à congressu cum uxoribus.* In casto & Romani dicebantur esse cum separati erant ab uxoribus. unde noster Satyrographus:

*Ille petit veniam quoties non abstinet uxor
Concubitu sacris observandisque diebus.*

Tibullus amorum Triumvir castus:

*Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris,
Queis tulit hesternæ gaudia nocte Venus.
Casta placent superis.*

Tenerorum amorum buccinator:

*A tenera quisquis sic surgit mane puella,
Protinus ut sanctos possit adire Deos.*

Lampridius de Alexandro Severo; *Usus viven-di hic fuit, ut si facultas esset, si non cum uxore concubuisset, matutinis horis in Larario suo rem*

Lege Levit.
13, 2.

Exod. 4, 6.

Num. 12,
10, 14.

Sat. 9.
Ier. 16, 1.

Exod. 19,
15. Levit.
15, 18.

I Sam. 21.
4.

I Cor. 7, 5.

Porphyr. de
abstin.

Sat. 6. &
Ovid. 4.
Fastor.

L. 2, 1.

L. 3. El. 7.
Amor.

Æl. Spar-
tian. in
Eligab.

2 Reg. Le-
vit. 12.

Adde
Strab. L.
14. Stat.
L. 9. Virg.
4. Æneid.
Juv. Sat.
6.
C. 94. Au-
gust.
Sat. 11.
Lact. L. 3.
c. 19.

divinam faciebat. Post coitum vero uterque, se aqua viva mundabat & expiabat, tum ob peccati originalis reatum, ejusque transmissio- nem, tum quod nisi libidinosa cogitatione fieri haud soleat. Ita Betsaba post perpetratum opus, se abluit & ab impuritate sua purificata est. Suetonius de matre Augusti: *Illam exper- rectam quasi à concubitu mariti se purificasse.* Ita apud Persium, *noctem flumine purgare.* re- dit interim ad damnatos mores spumosa & fa- livans caro, ingenitum hoc nefas nec ulli am- nes aut ulla maria nec ingens Oceanus abluent.

Nec formidatis ulla medetur aquis.

L. 11. c. 4.
Prost. Ve-
zer.

Levit. 15,
30.
Lib. 3. c.
14.

De imagi-
nationis vi
Vanin.

Dial. 38.

Levit. 15,
24. & 18,
19. 20, 18.

Sexcenta in rem nostram non obtorto, sed liberrimo collo ruunt suffragia. Pollutionis noc- turnæ, cujus umbra lubrica inter res serias vix nominari videbatur, incestum decus ob lega- lem primi reatus immunditiam peccatum dici- tur. Idcirco has naturales & involuntarias ex- cretiones purgari voluit Deus, ut à voluntariis multo magis fugere discamus ait Isidorus Pelu- siota. Quocirca & ardenti voto Deum suppli- ces veneramus, patrio hoc effato: *Matiget on- sen slaep, dat die niet onordentlijck en geschiede, op dat wy aen ziel en lichaem onbevleekt mogen blijven.* Menstruatæ & Ancunulentæ per v i i. dies immundæ erant, debebantque se separa- re à consortio hominum, viri & tabernaculi.

Qui

Qui menstruatam tetigerit, vel juxta eam jacue-
rit immundus erat. Si insciens rem habuerit mo-
lueritque menstruatam expiari potest: si autem
invitâ uxore ex *καταμύσιος* agrâ, scienter
& studio nuptias fecerit, morte morietur.

Levit. 20.
Exech. 18,
6.

Magnaue debetur violato pœna cadurco.

Si consentiente menstruatâ palpiterit, fatua-
que popysmata, ferri aciem hebetantia, in lu-
brica semita ejus excitaverit, ambo interfici-

entur. Quod facinus non alias constabit, nisi
albo fluxu laboraverit, & ejus veneno infectus

Lege Vani-
ni Dialog.
39. & 40.

vir bubones vel gonorrhœam contraxerit: vel
monstrosus, debilis ac leprofus infans prodi-
derit matrem. unde apud Hebræos Lex, teste
Aenea Gazæo, quæ permittit nato leproso ac
mutilo patrem lapidibus obruere, quod à mu-
liere dum immunda esset abstinere nequiverit.

Meretricia voluptas licet apud omnes fere gen-
tes extra legis pœnam sita fuerit, tamen Deus
interdixit, ne Israëlitam subagitet mercede
aut stupret capturâ fœderatam Hebræus, ob ty-
pum Christi.

Lege scriptæ
elegantiora
festivissimi
Ferrante
Pallavicino
Rethorica.

Mos & Lex maculosum edomuit nefas.

Ita tamen ut extraneæ licite cophini fœni-
que mercede se mancipare posset. quo casu
& Dei populo interdictæ erant usuræ, morti-
cinia aliaque non pauca, quæ tamen cum ex-
traneis licite tutus faceret.

Deut. 14,
21.

80 *Iustitiæ Antistitis*

Syrach. 36,
24.

Agmen claudat tandem naturale illud inter
utrumque sexum *συμπαθείας ἑλκυστικόν.*
Barbatus juvenis rem adeo foedam & brutalem
ultra, obscœnas Spartopoliarum partes, omni
sentina, omni latrina, omni denique cloaca
putridiores, opacam inephitim exhalantes,
æternisque sordibus obsitas, quarum nates ipsæ
suarum matres pertingere timerent,

*Et cui per mediam nolis occurrere noctem,
tentis nervis aggreditur.*

Lucret. l. 9.

*Nigra, Melichrus est: immunda & foetida
acosmos:*

*Cæsia, Palladion: nervosa & lignea, Dor-
cas:*

*Parvula, pumilio: Chariton mia: tota me-
rum sal:*

*Magna atque immanis; cataplexis plenaque
honoris.*

C. 13, 26.

Gen. 29, 23.

Gen. 34, 7.

Dent. 22,

21.

I Sam. 13,

12.

Judic. 20,

6, 10.

Judic. 19,

23, 24.

* Plaut.

Bacc.

1, 1. Menz.

2, 2. Aut.

sc. pen.

Inferiores abdominis partes, popinas & latri-
narum latebras dixit Apulejus. Turpitudinem
muliebria meretricis vocat Jeremias, & ip-
sum coëundi actum tanquam *Stultitiam* exe-
cratur. nunc stuprum, nunc incestum, adulte-
rium & ipsam *καυδεργεία* *Stultitiæ* epitheto
infamat Sacer Codex, & passim * Plautus. La-
cerum inguen, fornacis aut culi equi aëni in-
star, furibunde palpitabit Veneris properan-
tis nepotulus & martyr, scabie vetusta lævis &

li-

licet certo certior esset se ab illo congressu
* saniosam & pestilentem (Veneream puta)
luem contracturum, tamen ut compos voti
fiat Averni barathrum intrabit, & Acheronta
movebit.

*Hic rago, non furor est, non est hæc mentu-
la demens?*

Dii vestram fidem! Percastor, velint nolint,
coguntur fateri cosmetæ, aut primum fuisse
scelus, aut sceleris pœnam, aut denique inge-
nitum necessarii sceleris virus, medullitus à te-
neris ossibus vernarum Equitum inhærens. Vi-
ros minoribus genitalibus esse præditos quam
cætera animalia, proportionem corporis habitâ:
puellas vero maturas fœminal, *virginal* Luci-
lio, *bulgam* Varroni, *vulgam*, vel, ut simpli-
citate Romana loquar, vulvam habere equæ
aut vaccæ fossâ capaciorem laxioremque, na-
turæ Consulti asseverant. Quapropter immun-
dæ & fœtidæ draucos adhamant, & mutonia-
tos depereunt. urunt videndo puellæ, sibi que
oculi adulterium monstrant. *Næ illæ, inquit,*
fortunatæ sunt, quæ cum isto cubant. Marullæ
inguinum pondus diu multumque manu & di-
gitis pensant; hispida membra, torosos lacer-
tos & penem

*Majorem, quam sunt duo Cæsaris Antica-
tenes,*

* Ita emen-
dandus A-
pulei locus
L. I. Met.
qui sic cor-
ruptus legi-
tur: Ab u-
nico con-
gressu an-
nosam ac
pestilen-
tem con-
traho. cor-
rige Sanio-
sam & pe-
stilentem
[luem]
contraho.

Albertus
Magnus
L. 20. de
animal.

Ezech. 23. oculis devorantibus comedunt. Ita Hierosolomitanae ad mensuram inguinis aperto peculiario legebant viros, amabantque obscœnos gladiatores, *balteis accinctos*, ait comina quintum decimum, quibus verbis respondent illa Satyrici *Ferrum est quod amant*. Drudos draucosque ingentes hastas vibrantes & sine fine facientes vident matronæ libenter. In Assyrios non tantum sed & Chaldæos exarsere, dum

Lena per innumeros iret pictura penates.
habuerunt forsan isti tam grande pondus, ut ipsos homines lacinias fascini crederes. tandem mutoniatorum draucorum distractione luxatæ, detestantur peregrinos, & ad Ægyptios rursus se conferunt. Sed cum post *asellum diaria* non sumuntur, ita necdum satiatae, eos solum Ægyptios onobelos amplectuntur, quorum *caro erat instar asinorum & virus instar equorum*, bipedem sibi asellum quærunt. Asini enim bene vasati probeque peculiati sunt, unde Poëta:

Ad portam veniet salax asellus.

Asinum & Priapo consecratum novimus initiati. hinc & ὄν @ apud Phavorinum & Lampridium. Luciano ἀσελ γέτερ @ ὄνων. Equorum adhinnientium furorem testantur admiranturque omnes scriptores. *Insignem equorum furorem* indicat Maro, & extremæ lasciviæ

viæ

viæ adulteram *Hippiam* vocat Juvenalis, unde
& Lucilius *Equam Thessalam* dixit amicam
suam, quasi indomitam; adeo ut & siccæ &
pudibundæ videant mentulam pedalem, testes-
que bilibres libenter. Martialis cum pusillo L. 7, 54.
esset peculio, dicit se displicuisse Cottæ & Gal- L. 1, 24.
læ. Sed Clodii opulentum peculium Pom- L. 3, 50.
pejam magis delectabat, quam pusillum patri-
monium Julii Cæsaris. Sic & cunctæ istæ Dro-
medariæ magis delectantur inguina quam inge-
nia fricando.

Unciolam Proculejus habet, sed Gillo deun-
cem:

Partes quisque suas, ad mensuram inguinis
heres.

§. xvii. Ratiocinationi huic nostræ apo-
dicticæ hucusque demonstratæ haud pauca ob-
stare videntur. Nam naturæ auctor ante lap-
sum ex professo concesserat atque injunxerat, Gen. 1, 28.
ut multiplicarentur. Cum autem τῆ ἑποφῆ-
σῆ δαλαβῆν nec deserere vadimonium de re
certissima datum constitui, ideo injuria tempo-
ris in omnes libros grassans mihi pro muro
aheneo erit. remoram saltem laciniis versico-
loribus intertextam absque tussi pervolvito.
Nihil enim est tam difficile, quod improbitas
non extorqueat. Verum cum periculosum sit,
alienis intervenire secretis, ideo extra oleas
non

non vagabor, sed intra septi cancellos me continebo. Qui è nuce nucleum vult, frangat ipse nucem, caveatque aculeum.

*Non quisquam fruitur veris odoribus,
Armat spina rosas, mella tegunt apes.*

Dedici enim si non caste, saltem cate ratiocinari, licet semper sancte de Deo senserim, modesteque locutus fuerim. Nihil enim tam absolum cogitatu est, quod acri iudicio, (quale speciosam insaniam suspicarentur Bœoti) non fiat probabile. In se ipsum sævit, quisquis sciendi avidus nimia contentione in lucubrando vires oppressum it: cum itaque silendo tutus pacatusque stare possum, cur laborarem summa ope videri hæreticus. *Qui bene latuit bene vixit.* In libera Republica quondam mentes linguæque fuere liberæ; verum enim vero in ea nunc incidimus deplorarissima tempora, ut nec dicere cuiquam liceat, quod sentiat, nec sentire quod debeat. Ne itaque dissertatio hæc nostra digressionibus tumescat, parcam iis, ita tamen ut imnotum maneat, omnes codices turbatos, interpretationesque cunctas, veratro ebrias squallere, quicquid ad raucam usque ravim amice conspirantium clamitet recitatorum grex: Christianorum capsarios cophini fœnique ergo arcanam in aurem mendi-

can-

cantes & Græculos esurientes quæcunque soni-
nia vendere novimus.

Disce, sed ira cadat naso, rugosaque sanna.

Benedictionem *Crescite & multiplicamini*, quod
palmarium in nos vibrari posset telum, fugiti-
vo loco per incogitantiam multorum scriba-
rum esse insertam, inficias nullus ibit, qui sub-
acto iudicio diuturnitatem ævorum, varios
lubricæ peregrinationis casus, migrationes,
fugas, formidines, calamitates, captivitates,
turbulentas persecutiones, cruentaque carnifi-
cum sacrilegia, (quæcunque ex aliorum fide-
liore disces memoratu) pensiculatus omnia
trutinat. Numerosiora percopiosis scaturientia
fermocinationibus percipies ex Huetio, J. Vos-
sio, Patre Simonide, similibusque hujus ævi
heroum scriptis, quibus si genuinum molarem
invidia non fixerit, doctiora nos percepturos,
quam hucusque ex Capello, Morino, Wal-
thone & Conringio didicimus, confido. Nostra
interim post lividorum latratuum Scyllas ena-
vigatas, sufficientis gloriæ anchora sedet.
Rhodum hic & *saltum* declamare desine, præ-
dictum tibi scias. Ego nec dulces Permessidos
undas hausi, nec è fonte Hebræo labra prolui,
adeoque ἄκρῳ instituerè vel ferram con-
tentionis reciprocare haud in animum induxi,
dum in isto non quæram mustaceo laureolam,
ne

Vossius de
LXXII In-
terpretibus.
Huetii De-
monstr. Evi-
angelicæ.
Pere Simon
Histoire
Critique du
vieux Te-
stament.
1678.

ne sine spe prædæ morari in scopulo videar,
interim *Credite me vobis folium recitasse Sibyllæ.*
Quomodo Solymorum ruderum Chimeliar-
cha restituerit cuncta quisque subolere po-
test, cui datum est habere nasum. ad Gene-
seos comma 31. cap. xxxvi, quæ & Chronic.
1. §. 33.

*Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem,
Hæremus.*

Nec enim nos movet Auctoris systematis Præ-
adamitici, Hobbesii, aut Spinosa infanda caco-
chymia, quibus multo nequiores se dilani-
dum propinat Bodinus in *Dialogis de abditis
rerum sublimium arcanis*, facerrimo libello, de
palma certante cum contagioso execrandæ me-
moriæ blasphematoris Kourbachii Onomasti-
co, qui tanto peior impostor, quanto Spinosa
Luciano, Machiavellus Juliano, Hobbes Car-
neade, Janus Alexander Ferrarius Thomâ
Brouwn & Cupero, Servetus Eyndio, Casa Ca-
tullo, Becius Spira, Sutholt Burchio, vel denique
Socinus Ostorrodo, Vorstius Sandio. quodque
seculum, quæque & ætas suum fert Thalem
Milesium, Apolloniumque Milonis.

*Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periculis
Degitur hoc ævi, quodcunque est.*

Deus meliora impertiatur nobis, nec errori
huic infestissimum meum tradat mancipetve
hostem;

hostem, flagito. Lumen foeneremur ex doctissimo Dom. Huetii opere. Templo à Chaldaeis flammis depopulato, tandemque excusso Babylonico jugo, iterum restaurato, eos libros & fragmenta collegit Esdras, quæ ad præsentem sui seculi statum, sepositis iis, quorum incerta erat auctoritas, accommodata putabat, Canonemque ex auctoritate Synagogæ invicem coadunatum restauravit, multaque asluit ad exitque. Sex priora Esdræ capita non sunt ab eo scripta; sed ab incerto auctore, qui Paralipomena condidit, vixitque Darii, filii Hystaspis ætate.

Clem. Alex. Strom. 1.
Chrysost. Hom. 8. in Epist. ad Hebr.
Theodoret. Prefat. in Cantic. 4 Reg. 14. 21.
Arg. I Esd. 5. 4. 6. 14. 15.

Monstrum illud eruditionis, Reverendus ac Doctissimus Pater Simon, Oratorum collegii Parisiensis Flos illibatus & Suadæ medulla, ipsa Siren, quam mori Musa vetat, oculos cæsiore quam ipsa Minerva habens, probavit Hebræum Codicem, qui hodie cujusque teritur manibus, nihil minus quam Hebræum spirare saporem, omnia fusque deque restaurata, mutila lacunis vitiisque deformata, pseudepigrapha & sexcenta hujus commatis. * Magni viri acumen obtu-

* Mosens, quem Moxov Jamblicus, Moschus, apud Justinum M. Hellanicus: & Satyricus

Schwin Sidonius apud Strabonem vocant, Pentateuchi auctorem agnoverunt præter Josuam, Daniele & Malachiam, Charondas, Socrates, Plato & apud Justinum M. Hellanicus: & Satyricus

Tradidit arcæno quocunque volumine Moses, ita tamen ut, & mansuras voces rudibus figuris signasse, postea & Samaritanis restaurasse Esdras, immixtis Chaldaeis, Chananæis, Syriacis verbis, aliisque dialectis probare conetur sublimis omnis criseos colossus. Le Pere Simon en son Histoire Critique du Vieux Testament imprimé à Paris l'an 1678. qui a esté supprimé en sa naissance & dont tout les exemplaires ont esté brulés, desorte qu'il n'y en est resté que deux, l'un en France, &

dit catasta, ejusque liber illico postquam in terram cecidit, in manibus obstetricis decessit, proculdubio Cadmi filius non spongia sed atroci stylo sanguinem extraxit, irritoque conatu sana integraque multa sollicitavit, novaque caligine obumbravit. Cum itaque ejus navis per vadofum hoc mare sulcans, scopulis illisa sit, ideo sciens multa prætereo, ut sine metu hæc vada & fyrtes transeam. Ne tamen plane va-

l'autre en Angleterre. Je croi que l'infortun est touché cet œuvre docte, acause qu'il avoit loué quelques fois des Traducteurs ou des Interpretes Protestans : ou bien, pour avoir trop peu deféré aux anciennes versions, soit des septante, soit de la Vulgate. Ou bien qu'il avoit établi des regles sur lesquelles on puisse donner de meilleures Versions, & non moins authentiques que la Vulgate: Il dit, que cette Ecriture estoit obscure, embrassée & defectueuse, soit de la Texte Original, soit dans toutes les Versions anciennes ou nouvelles. Il pretend donner les regles de sa Critique, pour rétablir par elles, ou pour corriger le Texte Original, pour en procurer enfin une version, plus accomplie, & plus authentique que celle des septante, ou de tous les Traducteurs des derniers siecles. Pour fondement de tout ceci, il donne une autre idée de la langue Hebraïque du Texte Original, que l'on en a eu jusques à present. Qu'il y a de plus des transpositions dans la Bible arrivées, à son avis, par la faute des anciens rouleaux, ou fueilles mises les unes sur les autres, selon l'ancienne maniere d'écrire, & sans estre consuës ensemble. Que c'est de là qu'il y a une confusion d'ordre dans les premiers chapitres de la Genèse & de l'Histoire de la Creation. Que l'ancien caractère du texte Hebreu est le Samaritain. An fin il baillera un autre face, & une autre étendue, qu'elle n'a eu jusques ici; & à ce sujet de pouvoir changer & substituer librement, non seulement d'autres points voyelles, mais d'autres lettres & d'autres mots, quand il sera question d'y trouver un sens, à son avis, plus net & plus commode. Il contribua de plus à l'edition du grand ouvrage de Louys Capelle. *Hæc nos latere ncluit solida eruditionis Promuscondus qui torrenti cornu antecedens favum millificavit. Rasis in antitbetis libret, quicumque Calliopes suxit ubera, aut è Nili fonte labra proluat. Mastix hæreseos & Judex Midas*

Ad Pharon & Nilum, famosaque mœnia Lagi
penetrent, si sancti sanctorum adyta rimari & penitus Oratoria ambigui Tripo-
dis oracula refutare velint.

dimonium deseruisse videamur, nodum Gordium si non arte, gladio fulcabo. Scito versiculum xxviii capitis primi Geneseos proculdubio transpositum esse. Post lapsum enim in stipendium inobedientiae, postque poenitentiam in depravatae naturae solatium, arboris fructuumque usum benignus pater Adamo & Evae concessit: *Crescite & multiplicamini.* Duorum sexuum naturae indidit auctor, ut se invicem appeterent & conjunctione gauderent. Primo per symbola ab usum hujus narrat sanctus scriptor, (ut apud Aegyptios *ἱερογλυμματῆς*, apud Persas Magi, apud Assyrios & Arabes *ἐξηγῆται τῶν μύθων*, apud Indos *Βεάχμανες*, apud Gallos Druides, apud Siculos Galeotae, caeterique apud alias gentes mystagogi portentorum interpretes) postea sine ullis involucris exponit gryphum. Concubitus ipse per se non erat malus, alias ipse Nomotheta postea peccatum jussisset, sed sanctionis transgressio pravum redolebat facinus. Et sicut primitus Fratrem ex sorore sobolem tollere necessitas dictabat, postea natura incestum hunc respuit; ita coitus vetiti patratio primò interdicta, postmodum licita ac necessaria pariter ac jussa delectavit arrisitque crudis virgunculis, vetulisque beatis, acerbis

Vindicia.

Sic & aliè

I Reg. 10,

I.

Prov. 1, 6.

2^o 12, 23.

Eccles. 12^o

11.

Nefaria
circa ince-
stum Car-
danus apud
Vannium
Dial. 48.

in ter-
cessit,
atro-
conatu
que ca-
vis per
sa sit,
tu hæc
ne va-
et œuvre
des In-
nciennes
voit éta-
sions, &
ure estoit
soit dans
es règles
exte Ori-
t plus au-
s derniers
de la lan-
present.
son avis,
es autres,
ble. Que
apitres de
e du texte
une autre
hanger &
es, mais
rouver un
de plus à
cluit solide
illificavit.
Nili fonte
igui Tripo-
di-



pueris, tumidisque viris: adeo ut blanda illa Siren, incredibili voluptatis œstro percita, tam sanctis ac prophanis, tamque thuribulo quam principatui subrepserit, tamque invaserit Sardanapolitanos ac Epicureos, quam Lucullos aut Catones, tamque Vestales & Monachas quam Moenades ac Bacchas subegerit. Nas-

Val. Max.
L. 2. c. 9, 1.

puerpera. *Natura, quemadmodum nascendi, ita & gignendi legem præscripsit; parentesque nos alendo nepotum nutriendorum debito alligarunt.*

Lucret. L. 5.

Ut propagando possint procudere secla.

Lege &
notato:

Sobrie 1.
ad Tim.
2. §. 14,
15.

Ita tamen ut ob rebellionis reatum semper legali immunditia legitimæ justæque nuptiæ inquinatæ manserint: unde & originalis culpa circumcissione & baptismo debuit expiari.

Notandum denique Adamum ante expressam coëundi licentiam ac benedictionem hujus lubrici actus, uxorem suam vocasse *viram*, Festo *virāginem*, Symmacho *ἀνδρίδα*, quia ex viro sumpta erat; post lapsum expressamque cognoscendi molendique legem, dixisse Chavalis

Gen. 3, 20.

quia mater facta es omnium viventium. Adeo ut immotum maneat, nullam subesse causam, cur vadimonium deseramus.

Exegetis.

§. XVII I. Alia denique & *ἄκινετα* in apricum proferre cogor, quæ si non profine

fin-

singula, multa juvant, adeoque ne credas, Benevole Lector, me nefas in studia committere, si Domitianam hanc quæstionem, quæ dubio caret, Saturninis & improbabilibus adstruere viderer asteriscis. *Nihil est tam incredibile*, ait Romuli nepotum eloquentissimus, *quod dicendo non fiat probabile, nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendet oratione*; adeoque verissima Status nostri quæstio nullis adminiculis aut calamistris inuri desiderat, utpote solidissima Publicæ συζητήσεως subducta. Ut tamen cum Posthumo Cannas, Mithridaticumque bellum & perjuria Punici furoris, Syllas, Marios, & Mutios, prius in partes vocem, quam de tribus capellis causam agam; ideo scriptoris Biblici ὑπερον θεότερον haud tralatitiis probavi argumentis: Ne τὸν δ' ἀπαμειβόμενον, quod nec ignorantino- ο'μνη- κῶς. cet, nec scientem juvat, ad nauseam repetitum ventoso curru ad scenam (nam efficacius, citius & ardentius natura mortalium culpat Satyrogaphis dicteriis quam mellitis verborum collaudet globulis) protulisse censear. Num ὑπερον θεότερον. comma nostrum xxviii. capitis primi Geneseos suo loco & adæquata serie in ipso Moses autographo scriptum fuerit, doctioribus Dioscurorum vel Triumvirorum decisionibus



modernos sanguinariæ liti obnifos ad τὸ ἐπέ-
 χεῖν reducerem, nisi prudens Scyllas atque
 Charybdes studio fugerem. Omnia hæc intri-
 catissima pensiculatius ad examen revocent
 Linguarum Orientalium Antesignani,

non omnia verti

Possunt, & propria melius sub voce notantur.

Excutiant veterum altioris cathedræ Præsules,
 ut capita calceata, myobarbaque menta majori
 apparatu ad Philologica se componant. Plura
 de auctoritate linguæ Hebrææ cognosces ex li-
 bro ejusdem J. Vossii de *Vaticiniis inter Gentes*
de Christo, Oxoniæ sub prælo sudante. pro-
 culdubio & Varronis Photiique hic genuinus
 heres, hujus ætatis κεικωτάτ & celeberrimus,
 à Magnæ Britanniæ Rege lautis hono-
 ratus stipendiis (curent ingrati buccones ne
 exulantes Musas undequavorsum commigratu-
 ras invitent congiariis suis Liberalissimi Caro-
 li, Ludovici, Cosmi, & magni Archipalatini
 Atlantis Atlantes, pariter ac Ferdinandi, alii-
 que æternitate digni Mæcenates, solidissimi
 elegantiorum studiorum Antistites, omni ob-
 sequii gloria & honoris genere demerendi, &
 ad aras suspiciendi) venusto Oratori adstipula-
 turus est in multis, modo Hesychii Codici ni-
 mis addicto Φιλαντία verba non præmeditata
 suggerit.

Fuit

Fuit Ilium, fuimus Troës, fuitque tectum
augustum centum columnis sublime. Cum ita-
que saxis nominibusque mors veniat, qui te-
nuis charta papyracea à tineis blattisque potuit
esse tuta? Librorum scrinia, Carmina docta
Coci, Annales Volufii, Thomæ & Jafonis
cacatæ chartæ, æque

Vermibus esca, cibus tineis, domus hospita blattis,
ac Sophoclis, Æschyli, Maronis aut Ciceronis
excelsi cothurni. Nec enim rudera lapidum,
quibus Lex Dei digito erat inscripta, amplius
exstant. Quæ præcepta buxo à summo No-
motheta inscripta, ea nunc Spiritus Sancti
stylo in cordibus *νεγραμμεία* sunt. Hic est
D. Pauli effati genius. *Charitas nunquam excidit:*
sed & propheta evanescent, & lingua cessabunt,
& cognitio evanescet. Ita tamen ut totus Co-
dex facer nunquam interiverit, dum sola hæc
monumenta non mori norunt. Mosis, (quem
auctorem Deuteronomii confido, omniumque
Scriptorum, excepto * Jobo, antiquissimum
exploratum habeo, utpote ex cujus libris om-

Jerem. 13.
2 Corint. 3.

1 Cor. 13,
8.

Exod. 17,
14.

Deut. 31, 9
Iob. 1, 7. 8.

Ios. 8, 31.
Dan. 13, 4.

Mal. 4, 4.

* Jobi Arabis, nati è Nachoris vel Esawi posteris habitantis in confinibus Chal-
dææ, Syriæ & Arabiæ, non longe à Damascena, ubi regio olim fuit Ausitia, Librum
vorum tam exoticarum quam aliarum *ἀπαξ λεγόμενον* schematumque Rhetor-
ricorum longe difficillimum, è Syro vel Arabe aut Ægyptio traduxit Moses in He-
braeum sermonem, ad solatium Israëlita gentis, cum molesta Pharaonis premeretur
tunica, cujus exemplo in desertis agris Isacidum Doctor instruebat cervicosos duræ
cervicis verpas. Mosen totum librum scripsisse contendunt Origenes, Methodius
apud Photium, Iulianus Halicarnassensis apud Nicetam & Hieronymus Epist. ad
Paulinum. Sed cum occurrant plurimi Arabismi, Syriasmis & Chaldaisimi, quos

Schotani
Hist. Sacr.
p. 57.
2 Par. 34.
14.
2 Reg. 22.
15.
1 Sam. 5, 6.
Iesa. 8, 10.

Sozom. l. 2.
c. 9. Iust.
Dial. cum
Tryph. &
Euseb. l. 4.
c. 18.

nis Ethnicorum theologia manavit) αὐτόγραφοι, quod in intimo sacrario & ibidem in latere arcæ exteriori, una cum urna aurea virgaque Aronis, religiose custodiebatur, ita ut Pontifici Max. soli inspiciendi potestas esset, nec ab Achazo, nec à Philistinis ex ea raptum, nec à Chaldæis Babylonem ad Nebucadnezarrem delatum; in ipso enim templo postea inventum ab Helcia Pontifice Maximo, non solum Deuteronomium ut volunt Athanasius & Chrysostomus, sed universus pentateuchus, aieverantibus Josepho & Epiphanio: ita tamen ut à tineis blattisque non potuerit non esse corrosum atque veterno veratroque ebrium. Thesei navis, etsi carina & prora & puppis novaque latera adtexta essent, eadem tamen manet ait JCrus. Væ tamen ei, qui μῦ aut γρῦ jota aut Hireck legi addiderit vel detraxerit. Judæi, quos Christianorum hostes vocat Sozom.

Mosen ignorasse volunt, eum nec auctorem nec interpretem contendunt. Proculdubio ipse lobus saucius misere inter sacrum saxumque jacens, cinere & cilicio peccata sua expians, huiusmodi cothurnato haud usus fuit stylo; sed alius Iudæus iragœdiam à lobo rude scriptam metrica oratione humanioribusque polivit gnomis, addiditque (c. xxvi, 12.) Israëlitarum per mare liberatorem. Interpretem circa Davidis, aut Salomonis tempora vixisse conjiciunt. Quid si quis dicat Mosen quandoque legisse αὐτόγραφοι Iobi, illudque viva vice explicasse, quantum potuerat. (Deuter. iv, 5. 6. Job. xxviii, 28.) non errabit. Ita tamen ut non fictitius inducatur Hercules, sed vera exhibeatur historia (arg. Ezech. xiv, 14. Jacob. v, 2.) ut contra Salmasium pariter ac Spinosam ex Iudæo Scepticum, Celsi discipulum, sartam rectamque vindicavit vir κερκωροῦ & Frid. Spanhemius genuinæ Theologiæ solidus & sumus artifex.

me-

Tertull. contra Marcionem l. 3. c. 19. de habitu mulier. c. 3.
Lactant. 4. 18. Suidas in voce Ἰησοῦς.
Macrob. L. 1. c. 4. Saturn.
Tacit. L. 5. c. 13. & L. 6. c. 2.
Virgil. 4. Ecl. Sibyllina obvia.
Judæorum imposturæ.
Adversariorum argumenta refellit.
Doct. Huetius prop. 3. §. 12.
Dem. Evangel. L. 15. c. 11. C. D.

contra Tryphonem Judæum, Tertullianus contra Judæos, Augustinus vel Anonymus de altercatione Ecclesiæ & Synagoga, & Oratione de quinque hæresibus nec non ad Catechumenos, Chrysostr. orationibus quinque adversus Judæos, Gregorius Nyssenus de Trinitate contra Judæos, Isidorus Hispalensis contra nequitias Judæorum, & Agobardus Episc. Lugdunensis de superstitionibus Judæorum. Invident enim nobis verpulæ, quod lex & prophetæ interpretando ad nos pervenerint, unde mutarunt quedam, teste Augustino, in codicibus suis, ut in nostris impediretur auctoritas. Jesu mentio in Talmude Babylonico Editionis Venetæ, erasa in Editione Basileensi. Marcionitæ & plurima corripuerunt: Ita & Nestoriani depravarunt non pauca testibus Theophylacto, Epiphanio & Theodoreto. Cum itaque Sacer Codex correctorum varicie, emendatorumque temerario ausu, impostorumque sacrilegio pariter ac actuariorum socordium incuria & typographorum ἀβλεψία & oscitantia mutilus sit, ut invictis demonstrationibus adstruxit Capellus, qui

Expulit elleboro morbum bilemque meraco,
& præcipue priora involucra totius Codicis, puta Geneseos folia prima, prout haud temere conjicit Pater Simon, nullus dubito, quin comma illud ante memoratum alieno & non suo

suo loco adæquatum sit positum. Gratias
agamus Deo Opt. Max. quod Spiritus Sanctus
non totus recesserit à nobis, sed vigilaverit, ut
ea, quæ faciunt ad convincendos hæreticos,
nostramque salutem obtinendam, sarta hucuf-
que & tecta reservaverit, festo profestoque die
ea nobis colenda reliquerit.

§. XIX. Tandem subiit mirari, quid paren-
tes omnium priini crepundiis suis fecissent, si
nullus earum fuisset usus in innocentia inte-
gritatisque statu. Verum enim vero, sepositis
Prædestinationis & liberi arbitrii arcanis, non-
ne potuisset Deus totum hominum genus ex
terra procreasse, ut ab iis sicut Angelis tantum
glorificaretur. Seraphini & Cherubini, cum
humanam assumpserant naturam, etiam hisce
membris præditi dicuntur, dum *pedes, indeco-
ras corporis partes*, id est, pudenda & obscœna,
ut apud Martialem, alii leguntur velasse, qua
forma & nobis depictos exhibet Villalpandus.
Potuisset & Deus concubitus immaculatum
illis permisisse, ut salva mentis animique virgi-
nitate fecissent & peperissent. Nec tamen om-
nis scrupulus videtur sublatus, ubi legimus
Evam cepisse fructum, eumque *comedisse &
dedisse* viro. Sed quis adeo in sacris literis pere-
grinus hospes, qui ignorat prætextata ac nupta
verba per *ἀφηνευσθῆναι* exprimi. *Dare est ver-
bum*

1 Cor. 12,
23.
Iesa. 7, 20.
Es. 6, 2.
Ezech. 16,
25.
Mart. l. 10.
Ep. 81.

Genes. 3, 6.

L. 1. c. 5.
de Prost.
Veter.

us contra
ltercatio-
e quinque
nryfolto-
Grego-
æos, Isr-
orum, &
erstitutioni-
verpulæ,
ad nos
n, teste
ostris im-
Talmude
in Edi-
na corri-
non pau-
& Theo-
orrecto-
rario au-
ac actua-
aphorum
invictis
qui
raco,
Codicis,
ad teme-
to, quin
& non
suo



Num. 5, 20. *bitum* ex intima Elephantidis cella. Vir concu-
 Rom. 9, 10. lum mulier *retinere*. Prostibula titulis suis in-
 scribebant *Hebu Kalôn!* clamabantque *dare* ig-
 Hof. 4, 18. *nominiam* apud Hoseam: quod pudor vetat elo-
 L. 2, 25. *qui* ait Chaldæus. Acutus Epigrammatum
 49, 56. scriptor mirifice ludit in hac voce. de Galli cu-
 L. 3, 89. jusdam uxore, quæ solebat & mercedem &
 L. 17, 74. corpus *dare*, de Galla deformi, quæ sui copi-
 am *dabat*, sed non mercedem, & de Phyllide
 L. 7, 29. se duobus *daturam* promittente, de Cœlia Ba-
 L. 9, 32. tavis Cattisve nota, quæ inclinata quadrupes
 L. 10, 81. quatuor pluresque cujusque nationis admitte-
 ret equites.

Dare est
 viris gra-
 tificari &
 morigerari.

*Das Cattis, das Germanis, das Cœlia Dacis,
 Nec Cilicum spernis, Cappadocumque
 thoros.*

Et alibi:

L. 11, 105. *Pædicare negas? dabat hoc Cornelia Graccho.
 Observat & hanc vocem amorum Pædagogus,
 Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen
 esse rogata.*

C. 8. Ita apud Propertium *nox data*. Petronio *pœnas
 dare*. adde Ciceronis effatum de Cæsaris pu-
 dicitia in contubernio Nicomedis apud Trai-
 quillum. Martialis memoratus,

----- non solet illa

Accipere omnino: quid solet ergo? dare.

Apud

Apud Arbitrum nihilominus dandi verbo re-
spondet accipere. Vetui quemquam in hoc diver-
sorio hodie admitti, ut remedium tertianæ sine
interpellatione à vobis acciperem. Ita edere, com-
edere, devorare, manducare de Re Venerea
passim apud Latinos, quæ in unum coaduna-
runt Val. Acidalius, Doussa ac Gruterus. apud
Hebræos & comedere pro adulterari. Prov.
c. xx. §. 17. & c. xxx. §. 20. Ita & panis (ut
hic fructus) occultus pro Venere furtiva,

Hieronym.
ad comm.
10. cap. 9.
Hosæ.

Prov. 20,
17.

Ut nec dent oscula rapta sonum.

Ut autem frui κατὰ γενεῶν de ἀφροδίτης
arcanis, ita & fructus pro uteri liberis ipsaque
delectationis patrione & γαργαλίσειν su-
muntur, aliaque innumera, quorum catalogum
texere supersedeo. Fastidium præstat enim
omne quod satiat. de argumentis in aciem or-
dine eductis satis superque actum judico, ita
ut arbitrariis & cerebrosis sciens parcam ad-
ditamentis;

Psal. 132,
11. & 137,
3.
Thy. 2, 10.
Luc. 1, 42.

Ne te forte meæ gravis urat sarcina chartæ.

Argumentorum verissimorum radios non tan-
tum trans vela & tectoria emicare emissitiis
bene vasati videbunt oculis, sed & præjudi-
ciorum velo & fascino dementati, vitæ curri-
culum non indiligenter multotiesque pensitan-
tes observabunt, quo ingeniti sceleris pruritu
ma-

magis miselli homunciones catervatim incitemur, ita ut confidam problematis nostri causas, non *παρεγχειρήματα* nec *τεχνάσματα* sine ratiocinio & fundamine à me prolata exhibituros, imo quotquot verum didicere & sentire & loqui mihi accessuros facile fidem habeam: nasutis cothurnatæque cathedræ Præsulibus, prout sub acumen styli veniebant, hæc promulsidaria in anticœnium ex puteo Democriti deprompsi. sollicita nihilominus Dupondiorum obstupidorum fæx, quos fricti ciceris & nucis & scrutorum emptoribus comparare soleo, ogganniet & concussam per urbem clamat, aliquid ex Africa monstri: verum nec lumen cœco, nec sermonem furdo, nec sapientiam bruto propinare constitui. Me tantum raris & quidem Atticis juvat auribus placere & probari. Nunquam animum induxi populari auræ placere, noveram enim probrosam esse Majestatem, quæ se populi erroribus tuetur, noveram funestum dirumque multis fuisse populi favorem, quem fatalem ingeniorum scabiem nuncupare soleo. Amaricum fugitat & unguentum porcus: nam fetigeris suis acere venenam est. Plura habemus in pasceolo, residuaque alia in penu, verum intra privatos parietes lino pertusa custodiunt penates usque dum laceffit in arenam provocor. Armenta irri-

Ex Circulione Elephantem faciunt Asinari nepotes, & Mastiges, quos abire morboniam jubeo.

Non imperavi egomet mihi, Omnia assentari.

Imbecillia se lædi putant si tangantur.

irritare stultorum est, cum per impetum cornu
feriant, & gravissimos esse morsus irritatæ ne-
cessitatis, nec eos

*Versipellem
esse conve-
nit homi-
nem pectus
cui sapit.*

Curva quibus pullam subnectit fibula vestem
latet. Plerique mortales ad judicandum justo
pollent judicio, verum ad dilanianda aliorum
scripta omnibus ardet animus. Non possum
non præterire insignem oscitantium quorun-
dam stuporem, qui Literaturam, in jure An-
tiquitates, Jus Publicum Politicamque, alia-
que humaniora, tanquam studia infra pecuni-
am detrusa, negligunt, in eorumque cultores
atram evomunt loliginem. proh pudor! vos
Medusæ capita, quibus cerebrum Jovis, & in-
geniosa Apicii gula est, *date alienis recreationi-
bus veniam, ut & vestris impetrare possitis.* Ma-
xima Studiosorum pars amœnitates quærimus,
his tamen magna vitæ pars elabitur male agen-
tibus, maxima nihil agentibus, tota aliud
agentibus.

S. xx. Quisquis irretorto limet oculo morta-
lium vitam moresque, observabit lascivientes
puellas petulantefque pellices ab orbis primor-
diis usque in hodiernum diem catervatim scor-
tationibus, adulteriis incestis nefariisque pol-
luisse & sacra & prophana.

*Nam fuit ante Helenam Cunnus teterrima Horat.
belli*

Cau-

Causa.

Antequam Sephyra vagitu solem salutasset, in-
gens spuriorum nothorumque fuit numerus,
unde Satyricus,

Juvenalis

*Vetus & antiquum est alienum, Posthume,
lectum*

*Concutere, atque sacri genium contemnere
fulcri.*

Ut ferrum ad magnetem, ita sequior mollior-
que ille sexus ad virum, quasi ad centrum,
movetur: valgiter ita commovent transeuntes
labra, ut alligata ambitu corpora hæreant in
mutuo amplexu, quasi in unum coaluissent.
In virorum autem medullas dum labitur hic
furor, illico fervore æstuant nervi, & vivo la-
cte tument inguina. Cum mens est memor
puellæ, non ros nec pruina, sed semen so-
lent remittere tenta subducti supercillii pon-
dera.

Petron.

- - - - *tenta modo tangere corpus*

Fam tua mellifluo membra calore fluent.

Licet glandem ructarent veteres, tamen passim
semper amarunt; nullum crimen erat imineiere
vulvæ & libidinem sedare; cum hæc res sit, qua
nec permitti nec prohiberi potest, ut ratiocina-
tur Plauti Querolus. Ita ut linea alba signare
moribus illis nefas videbatur. Credit sagacissi-
mus Juvenalis Saturno regnante, sub cujus regno

justitia summo jure vigeat & colebatur) pu-
dicitiam in terris visam, moratainque,

Justin.
Lib. 43.

- - - - cum frigida parvas

Sat. 6.

Præberet spelunca domos, ignemque, laremque,
Et pecus & dominos communi clauderet um-
bra.

verum rectius ingeniosissimus Poëtarum,

Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,

L. 1. Fastor.

Cujus non animo dulcia furta forent.

Proculdubio aurea Saturni ætate vel animo vel
corpore naturæ gaudium crearunt, nam ipse
Saturnus apud Prudentium Thuscis adhinnivit

contra
Synamac.

puellis. Hoc tamen tempore puellæ peccare
noluerunt, si Tibullo Propertioque fides,

Prop. 2,
32.
Tib. 1, 3.

quam pietatem facete rusticam vocat Pelignæ
gentis gloria, ingeniosissimus ille peccandi E-

Ep. 4. He-
roid.

phorus Naso. Verum cum Astræa (Jove nunc
adulto) sororibus Justitia & Pudicitia sociata,

terras reliquisset, cœlumque petiisset, jus bo-
numque adeo depravatum fuit, ut pæne inno-

centiæ nomen perierit. Obscœna pecunia pri-
mitus quascunque extra legitimum grabatum

commixtiones introduxit. Nitimur in veti-
tum, & punita primorum parentum libidine,

gliscit Veneris auctoritas.

Multa pudicitiae veteris vestigia forsitan

Aut aliqua extiterant, & sub Jove, sed Jove

nondum

H

Bar-

asset, in-
umerus,
stume,
ntemner
mollior-
entrum,
nseunt
ereant in
aluissent.
bitur hic
vivo la-
memor
emen so-
ciliu pon-
e corpus
fluent.
en passim
immeiere
es sit, qua
ratiocina-
a signare
t sagacissi-
ujus regno
it.

Barbato.

*Paulatim deinde ad superos Astræa recessit
Hac comite, atque duæ pariter fugere sorores.*

Viderunt primos argentea secula mæchos.

Pubi ultro obviam currunt Evæ neptes, rogantes num in uteros earum velint refugere, qui vix per tria lustra extra eos solem aspexere. Ita enim furibunda agitantur rabie, dum duplicem in patranti opere fortiantur dulcedinem. Emissitiis è longinquo lubricis oculis annuunt, niçant, nutus conferunt loquaces, multa superciliis, multa notis loquuntur, abundantque blanda verba digitis, melle, lepore & sale compositis. medio crure tenus succingentes tunicas, & pubetenus papillas & pectus denudantes, totumque marmoreum corpus veste Coa involventes, totæ quantæque infami nequitia collutulantes, tanta gestiunt incendia & ejusmodi jaculantur fomites,

- - - - quibus incendi jam frigidus avo

Laomedontiades & Nestoris hernia possent.

Tota facies virum spirat, tantoque sæpe cæstro percitæ, ut mente à sede perturbata, maris vicem digitis suppleant, insectenturque asellos non modo bipedes, sed & quadrupedes & cercopithecus. Quasi in foro ludens, datatim dat se Ambubaja, alii adnutat, alienum tenet, alii-

aliique pervellit pedem: quas furtivas loquacis
vultus notas docet Naso.

Verba superciliis sine voce loquentia dicam,

Verba leges digitis, verba notata mero.

Oculi libidinibus gestientes, collum meretri-
cio more infractum, flexæ comæ recreant Ju-
venum, decrepitorumque, quibus lapidosa
chiragra articulos fregerit, animos; coruscanti
rore rigantes genæ tentos reddunt aspecto-
res, quibus philyris pubes ut bos ad macellum
perducitur, & stulta in barathrum omnis ser-
vitudinis & ærumnæ trahitur multitudo.

*Quisquis amat, servit, sequitur captivas aman-
tem,*

Fert domita cervice jugum.

Quibusne densim singultibus, ignitisque suspi-
riis, Phallos spirantibus, delicata graduum mo-
deratione nunc glomerantes, mox mimice
& rythmice ceventes motantes clunes, intra
pectoris larem effantur gannientis Vestalis ef-
fatum?

Felices nuptæ! moriar nisi nubere dulce est.

in hunc enim finem, unice loquacis vultus,
oculorumque tremulorum, quasi priapulibus vi-
sitantium, aviditas collinat, ut sponsalia de
Fututuro contrahant.

*Tædia non lambit Cluviam, nec Clara Ca-
tullam.*

Sed Amazonum regina Alexandri ramum cogitat, somniat, desiderat. Ut proci compos fiat Mathematico, Astrologo aut Commageno (si aruspex sponderit amatorem) Penelope illico

frontemque manumque

Præbet vati crebrum poppysma roganti.

Cum itaque religioso nuptiarum sacramento se devinxerit, non contenta est uno: gravidam se (mutis animantibus, proh pudor! castiorem prudentiam largita fuit natura) trufandam præbet Marito, & si foris sit, Drudo succumbit. Non solum induperatrix Messalina Silio publice nupsit, (dotis tabellas ipse Claudius signaverat,

Hippomanes, carmenque loquor, coctumque venenum)

idque legitime, Mutia Cæsari se stuprandam præbuit, Cleopatra Antonio, Clytæmnestra Julio, Ægistho Agamemnonis uxor; sed & castissima Penelope, quæ

--- potuit bis denos salva per annos

Vivere, tam multis fœmina digna procis.

Falleris falleris caste amorum Triumvir. Durum est solas absque mentula dormire fœminas. Licet videbatur Lucretia, nocte tamen blanditias Thaidis observavit, ut ingenuam lecti comparem decet. Si absente aliquot annos marito potiri non liceat, amare certe li-

cet;

cet, ideo amatorum sollicitantium nervis divaricavit tripodem. Nec castior filiâ Helenâ mansit inter texendum vel retexendum, ut ab Hellepontiaco Deo doceri poteris.

Que sic casta manes, ut jam convivia visas,

Utque fututorum sit tua plena domus.

Suffragatur, præter ea, quæ apud Horatium, Samium, Lycophronem & Theocriti Interpretem, Pausanias, quæ sigillatim notavi *Lib. 1. de Prostibulis veterum*. Sed quid multis Veneris nepotem aut *ὑπακλιχότατον* argumentorum tumore convincere nitor? Legamus unicum nostrum Satyrographum in acuta, polita doctissimaque omnium Satyrarum sexta.

*Quid quod & antiquis uxor de moribus illi
Queritur! ô medici mediam pertundite venam.*

*Delicias hominis, Tarpejum limen adora
Pronus, & auratam Junoni cæde juvencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.*

*Pauca adeo Cereris vittas contingere digna,
Quarum non timeat pater oscula. - -*

*Unus Iberina vir sufficit: ocyus illud
Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.*

*Porticibusne tibi monstratur fœmina voto
Digna tuo? cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames, quodque inde excerpere
possis?*

Chironemon Ledam molli saltante Batillo

Tuccia vesicæ non imperat, Appula gannit
Sicut in amplexu subitum, & miserabile lon-
gum

Attendit Thymele: - - - - -

- - - - - Hispulla tragædo

Gaudet. an exspectas, ut Quintilianus ametur?

Accipis uxorem, de qua citharædus Echion,

Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusque cho-
raules.

Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat in-
fans.

Nævulus ad Virronem in Satyra nupta.

Sat. 9.

Metiris pretio: quod ni tibi deditus essem,

Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?

Scis certe quibus ista modis, quam sæpe rogaris,

Et quæ pollicitus, fugientem sæpe puellam

Amplexu rapui: tabulas quoque ruperat, &

jam

Signabat. tota vix hæc ego nocte redemi

Te plorante foris, testis mihi lectulus, & tu

Ad quem pervenit lecti sonus, & dominae vox.

Instabile, ac dirimi cœptum, & jam pene so-

lutum

Conjugium in multis domibus servavit adulter.

Nullum ergo meritum est ingræte ac perfide?

nullum,

Quod tibi filiulus, vel filia nascitur ex me?

- - - - - foribus suspende coronas,

Jam

Jam pater es, dedimus, quod fama opponere
possis.

Jura parentis habes, propter me scriberis heres.
Legatum omne capis, nec non & dulce cadu-
cum.

Nupta Senatori comitata est Hippias Ludum. Sat. 6,

Immemor illa domus & conjugis, atque sororis,
Nil patriæ indulsit: plorantesque improba na-
tos,

Utque magis stupeas ludos, Paridemque re-
liquit.

Sed quanquam in magnis opibus, plumaque
paterna,

Et segmentatis dormisset parvula tunicis,
Contempsit pelagus.

Si jubeat conjux, durum est conscendere navim,
Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aër:
Quæ mœchum sequitur, stomacho valet, illa
maritum

Convomit, hæc inter nautas & prandet, & errat
Per puppim, & duros gaudet tractare rudentes.
Qua tamen exarsit forma? qua capta juven-
ta est

Hippias? quid vidit propter quod Ludia dici
Sustinuit? nam Sergiolus jam radere guttur
Cœperat, & secto requiem sperare lacerto,
Præterea multa in faciem deformia, sicut
Attritus galea, mediisque in naribus ingens

Gibbus, & acre malum semper stillantis ocellis
Sed gladiator erat: facit hoc illos Hyacinthos,
Hoc pueris, patriæque, hoc prætulit illa sorori,
Atque viro: ferrum est, quod amant.

Quid privata domus, quid fecerit Hippiæ curas?
Respice rivales divorum: Claudius audi
Quæ tulerit, dormire virum cum senserat uxori,
Ausa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos
Linquebat, comite ancilla non amplius una;
Et nigrum flavo crinem abscondente galero,
Intravit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuum, atque suam. tunc nuda papillis

Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,
Ostenditq; tuum generose Britannice ventrem,
Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit,
Mox lenone suas jam dimittente puellas,
Tristis abit: sed quod potuit, tamē ultima cellam
Clausit, adhuc ardens rigida tentigine vulvæ,
Et lassata viris nondum satiata recessit:
Obscurisque genis turpis, sumoque lucernæ
Fœda Lupanaris tulit ad pulvinar odorem.
Concumbunt Græcè, non est hic sermo pudicis
In vetula, quoties lascivum intervenit illud
Ζωνὴ ἔψυχῆ, modo sub lodice relictis
Uteris in turba.

Mart. L. I.

34.

L. 3, 92.

10, 39, 67.

12. &

Priap. 57.

addes in

procedit

Galla luxuriosissima anus tota sua dote rede-
me-

merat Philerum servum, ut ab eo farriretur,
patiebaturque interim tres filios ex defuncto
marito susceptos fame perire.

Horat. l. 3.
Od. 13. &
Aristoph.
in Plus.

Balnea nocte subit: conchas, & castra moveri
Nocte jubet, magno gaudet sudare tumultu.
Cum lassata gravi ceciderunt brachia massa,
Callidus & crista digitos impressit alyptes,
Ac summum domina femur exclamare coëgit,
(Convivæ miseri interea somnoque fameque
Urgentur) tandem illa venit rubicundula, to-
tum

Oenophorum sitiens.

Est operæ pretium penitus cognoscere toto
Quid faciant, agitentque die: si nocte maritus
Adversus jacuit, periit libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni
Cogitur.

Componit crinem laceratis ipsa capillis,
Nuda humeros Psecas infelix, nullisque ma-
millis.

Altior hic quare cincinnus?

Censebunt, tanquam fame discrimen agatur,
Aut animæ; tanti est quærendi cura decoris.
Nulla viri cura interea, nec mentio fiet
Damnorum: vivit tanquam vicina marito,
Hoc solo propior, quod amicos conjugis odit,
Et servos: gravis est rationibus.

Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto,
Tantum artes hujus, tantum medicamina pos-
sunt,

Quæ steriles facit, atque homines in ventre ne-
candos

Conducit: gaude infelix, atque ipse bibendum
Porrige quicquid erit: nam si distendere vellet,
Et vexare uterum pueris salientibus, esses
Æthiopis fortasse pater: mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi mane videndus,
Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeant mentem vexare ma-
riti,

Et solea pulsare nates. quod desipis, inde est,
Inde animi caligo, & magna oblivio rerum,
Quas modo gessisti: tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias, ut avunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit: quæ non faciet, quod principis uxor?
Nos utinam vani: sed clamat Pontia, feci,
Confiteor, puerisque meis aconita paravi,
Quæ deprensa patent, facinus tamen ipsa
peregi.

Illam ego non tulerim, quæ computat, & scelus
ingens

Sana facit, spectant subeuntem fata mariti
Alcestim, & similis si permutatio detur,
Morte viri cupiunt animam servare catellæ.

At nunc res agitur tenui pulmone rubeta:

Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum

Porrectura viro miscet sitiente rubetam:

Instituitque rudes melior Locusta propinquas

Per famam, & populum nigros efferre maritos.

§. XXI. Cuncti denique Adami inconstan-
tia victi, ejusque cæstro evigorati, talem an-
ferem quærimus invidi. Nec enim amor in
Evæ neptes suum furorem effudit omnem,
sed & ipsæ illecebris suis totum virorum cœ-
tum cepere & præcipitem dedere. Quis inficias
iret se potius Libitinæ Veneris victimam quam
Alinæ Matris nepotem fieri? Antistes cum à
pulcherrima blandaque moneretur agonizante
puella, ut animulæ ejus sacris in votis memor
esset, mi domicella, languens effatur, fatius
mihi votis cælum fatigabo, ne unquam tuæ re-
minisci sinat cordium Scrutator.

*Nam fugitare decet simulchra & pabula amo-
ris.*

Augustinus equidem pro pudicitia preces in-
stituebat, ita tamen ut eam magis fatiatam,
quam extinctam cuperet. Confessores & Mar-
tyres, qui tormenta vicerant, hac libidine ta-
men victos literarum monumentis docent
Cuspinianus, & Venerabilis Beda. De amo-
ribus Cypriani adhuc ethnici, & Justinæ Chri-
stianæ legito Nicephorum. Rem memorabi-
lem

Disque.
Mag.

Nov. 78,
4.

Nov. 5, 3.
C. 123,
36.

133, 1.

Naso fm.
L. 1. artis.

lem trium sacrificulorum, in nomine Dæmonis libidinantium & à Cacodæmone suffocatorum, suggerit Delrio. Æneas Sylvius ex hospita sua Elizabetha Britanna infantem tollens patrique suo mittens, sic scribit: Numquid tibi jucundum erit, cum parvulus pendeat ex collo Æneas? certe nec lapideum nec ferreum genuisti filium, cum esses tu carneus. Scis qualis tu gallus fueris. At nec ego castratus sum, neque ex frigidorum numero: nec sum hypocrita, ut videri bonus quam esse velim. Fateor ingenue meum erratum, quia nec sanctior sum Davide, nec Salomone sapientior. Antiquum & vetus est hoc facinus, nec scio quis hoc creavit. Merito itaque Justinianus, nihil amoris furore vehementius esse, quem retinere perfectæ philosophiæ esse, pronunciat. Hinc & præcepit, ut monastici in communi cœnobio, non in cellulis, sed in uno conclavi degant; quisque & in sua stratura dormiat, idque accensis luminibus, & quibusdam vigiliis ambulatibus, ut testes sint alterutrius castitatis & honestatis. Hæc omnia ut masturbationis & pædicationis, irrumationis & fellationis tolleretur occasio.

Nil, nisi turpe juvat: curæ sua cuique voluptas,

Hæc quoque ab alterius gratâ dolore venit.

Heu facinus, non est hostis metuendus amanti.

Quos credis fidos, effuge, tutus eris.

Cog-

Cognatum, fratremque cave, carumque so-
dalem:

Præbebit veros hæc tibi turba metus.

Ubique Pontici, Chorcæbi, Gordiani, Cupien-
nii, Proculi, Gillones, Crispini, Aufidii,
Crispuli ac Ursidii, strenui drudi, ac prætexta-
ti adulteri togatique drauci,

Quos toties texit perituri cista Latini.

Omnes, quibus testiculi necdum bilibres, &
necdum sesquipedalis muto, mulierem quærunt
& ambiunt, ita ut & cuncti mihi Satyrion bibisse
& Diomedææ necessitati succubuisse videan-
tur. Catullus pupulum prællam ejus trufantem
ἐπὶ ἐργῶ ἀπρεχενδενς, teneræ ætatulæ sim-
plicitatem favore profecutus est. Robusti ac
validi, qui belluam ferro domarant, quique raro
districtos vibrantesque gladios cruore vacuos,
vaginis reddiderant, à virginibus victi sunt.

Lenam non potuit, potuit superare Leenam,

Quam fera non potuit vincere, vicit hera.

Hercules monstrorum domitor, Omphalæ
succubuit, dum Martem in Venerem, robur
in mollitiem, laborem in luxum commutarat
venefica, illumque muliebri stola indutum ante
genua ejus pensa texere coegerat. Tibullus
centies quovis sacramento juraverat se nun-
quam ad amicam rediturum, *Cum bene juravi,*
pes tamen ipse redit. Sic visum est Veneri, cui
pla-

Lact. l. 1. c. 9.

L. 2. El. ult.

placet impares animos & naturas sævo cum joco sub juga aenea mittere. Fatalem hanc scabiem ultro noctes diesque per tenta cubilia tectaue subando perrumpentes venantur. Purpuratus Pater, qui cum obsequii & salutis Sirene tortus, tumente vena optatos sumpserat amplexus, rogatusque peracta Venere à virgine Canonizata, quare manantes lachrymas pollice exprimeret? Mi blanda tenellulaque animula, inquit, non ob peccati reatum tot falsas fundo guttulas, verum innocentiaæ meæ pertæsus, me Gallum facile efficerem, quod viduas noctes hucusque transegerim, neque celerius rem ingeniosam dulcemque amaritiam adortus fuerim: mox suspiria ex intimo pectoris recessu depromens, ranciduloque gutture amarissimum stimulum in querelam suavissimam eliquans, exclamavit,

*Fœlix quem Veneris certamina mutua perdunt,
Dii faciant!*

Unicuique enim coëundi stimulum, toto corpore æquabiliter fusum, esse inditum, jam modo dictum & probatum, ita tamen ut præcipue innata hæc libido extimulet illos, quibus sacra connubia interdicta sunt: illos designo, qui candido linteamine obtentu Religionis polluere solent, de quibus sigillatim totus liber primus *de Prostibulis veterum*. Nec vulgivaga

*Facinus
maioris
Abollæ.*

Ve-

Venere contenti sunt ii, quibus ea permittitur. Extra naturæ septa enim luctantur dementes arrigere. Ammon agrôtabat præ amore in Thamar sororem uterinam. Antiochus, Seleuci filius, ex amore novercæ Stratonices fonticum morbum sibi conscivit, quem facile detexit Erasistratus. Ita mutantur ex amore homines, ita miseræ libidinis pallor in facie sedet, ut non cognoscas eosdem esse. Quid fecerit Crispinus,

- - - cum quo nuper vittata jacebat

Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos,
apud Juvenalem invenies.

Caligula ac Commodus cum omnibus fororibus stupri consuetudinem habuere; Claudius, occisa Massalina Agrippinam fratris filiam matrimonio sibi devinxit. Agrippinam amore retinendæ potentiæ eousque provectam, refert Tacitus, ut medio diei, postquam Neronem vino dapibusque onerasset, crebro se filio stuprandum propinaret. Seneca per Acten libertam interrupit nefarium hoc propositum. Aurelius nihilominus Neronem matrem stupro contaminasse auctor est. Sic Tranquillus, *Matris concubitum appetisse, & ab obtrektoribus ejus, ne ferox & impotens mulier & hoc genere gratiæ prævaleret, deterritum nemo dubitavit. Olim etiam quoties lelicita cum matre veheretur, libidinatus incestu, ac*
ma-

maculis vestis proditum affirmant. Domitianus fratris filiam adhuc virginem & alii collatam, ipse ultro corrupit, & quidem vivo tum Tito: mox patre ac viro orbatam ardentissime palamque dilexit: ut etiam causa mortis exstiterit, coactæ conceptum à se abigere.

Cum tot abortivis foecundam Julia vulvam Solveret & patruo similes effunderet ossas.

Ægyptii aliæque efferatæ gentes cuncta miscebant, ut malus popa jura culinæ, quarum exempla plurima congeffi in adversariis quæ tardii vitandi causa prætereo. Nisi unicum illud infandum & impium addam; quod Persæ eum demum pro Sacerdote venerentur qui ex matre & filio, vel fratre & sorore fuerit natus, dictus Magus.

Lucan.

*— — — jacuere sorores
In fratrum thalamis sacrataque pignora matrum.*

Quot bella! quantaque prælia! quantæque strages! ut tetra unius libido sopiretur! Paris Helenæ, Menelai uxoris, blanditiis captus, in Græciam petit, rapitque hospitis sui comparem. Græci tantam ob contumeliam Trojanis decennale inferunt bellum, tandemque dolis occupant Græculi urbem, & uxorem recipit curruca.

Digna

*Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles
Vel Priamus, belli causa probanda fuit.*

Chorœbus, qui forte Trojam venisset infano
Cassandræ (quæ detexerat insidias equi Tro-
jani, sed cum ei fidem non habuissent, capta
etiam cum cæteris abducitur) amore percitus,
à Peneleo confoditur. Non solum ob connu-
biorum difficultatem, ut Plutarchus & Florus
rentur, sed & scabiei veteris fatiandæ ergo, ut
sagaciter animadvertunt Tertullianus & Mi-
nutius, virgines doli ignaras rapuere Quirites:
sic cum Sabinis in acie conflixere Romæ con-
ditores, & dum singuli pugnant, universi vin-
cuntur. Tantæ molis erat ex una puella Ro-
manam gentem condere! Ob Lucretiæ, Col-
latini conjugis, matronæ castissimæ violens
stuprum à Sexto Superbi Tarquini filio illa-
tum, *Regifugium* fastis inscripsere, Tarqui-
nium & Sextum exilio proscripsere Tribuni.
Perseus cetum monstruosum occidit, ut Andro-
medâ potiretur.

Andromede monstris fuerat devota marinis,

Hæc eadem Persei nobilis uxor erat.

Denique eo procedit hæc Erynnis, ut mode-
ratos effrenet, prudentissimos ad insaniam
redigat.

Sirenium voces & Circes pocula nosti.

Marcus Antonius adeo furibunda rabie erga

Cleopatram decus suum prostituit, ut se nudum inter Lupercos exhibuerit, unamque Cleopatram & spiraret & loqueretur. Sic in drudum hunc invehitur Marcus Tullius: *O præclaram illam eloquentiam, cum es nudus concionatus. quid hoc turpius? ita eras Lupercus, ut te esse Consulem meminisse deberes.* Lucius Vitellius libertinæ cujusdam amore usque adeo fuit irretitus, ut scorti vilissimi saliva, cum melle illita, gutturi gaudium crearet. De poculis amatoriis & philtris, nolo actum agere. Nec devotarum Vestæ virginum chorum, nec castas Musarum sedes intactas reliquit Diomedæa hæc Siren.

In Veneris agro Pallas sibi vindicat usum.

Dialog. 48. Titillatio enim hæc, quam *sensum sextum* vocat J.C. Vaninus, studiosos vexat, quia calidissimi sunt & humidissimi. Armata Venus ad Palladem apud Ausonium:

- - - *Quid me galeata laceßis?*

Vincere si possum nuda, quid arma gerens?

- - - *Armatam tu me, temeraria, tenuis*

Quæ quo te vici tempore nuda fui?

Schola otii diversorium foret, nisi aleatorium Forum & Veneris campus ei vicinus esset. Pubetenus Stoici, infra Cotytti cuncta inguine lacerant, dumque Cereri Bacchoque vacant, foeda ingluvie Venerem in prælia trudent, non

Ma-

Masuri rubricam, non Sabini dissertationes, non Gaji interpretationes, sed Aretini, Ferrante Pallavicino, Aloisiae Sigeae Sotadica, Casae Cinædica, aliaque Gallica pervolventes Fescennina, assidui Baptae Cotyttum lasant. Sacramentum toti dicunt Suburræ, dum per compita & trivium anxia disquirunt disceptatione, qui & à qua gonorrhœam, bubonesque contraxerint. Sotades periclitatur capite. Venus perdat veneficam natium, jactura expiandam. Agedum lapidibus lupanar obruamus, nuda è lecto desiliat bestia. & sic vitæ truditur, & obrepit non intellecta senectus. Suffarcinati cum libris, conferunt inter se sermones, tanquam drapetæ, mox in oenopolio caldum bibunt, domumque tam sani revertuntur ac si imbrem in cribro gerant.

*Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit,
Tum jubet archetypos pluteum servare Cleanthes.*

O seculum insipiens & inficetum! Omnium horarum homines, qui nec veteris pocula Masfici, nec partem solida demere de die spernunt, pransi & saturi jacent supini, pertunduntque tunicamque palliumque, donec re patris oblimata, beataque aviæ vesica dilapidata,

- - - - *vertigine tectum*

Ambulet, & geminis exsurgant mensa lucernis.

Nocturnis undique procellis agitados indupe-
ratores, qui noscunt observantque noctes Ne-
ronis jam medias, non videt Pallas, sed recipit
lare suo Venus: & in turpi otio negotiosi in-
cidunt in negotia pessima, dumque desidiose
ætatem agunt, libidini vacant pereuntque lu-
stris.

NAEVIA *sex cyathis, septem* Justina *bibatur.*
Nam nisi damnose bibant, palpitent ac fu-
tuant, putarent se inultos morituros. Nunc
Satyriasi nunc Priapismo agitati, inter pocula
quærunt saturi, quid Theodoræ Pandectæ nar-
rent: magis solliciti num Justinianus curruca
an legislator fuerit? Theodora num Florali
tuba, an Hellepontico digna Deo? scortum
exoletum an cytharistria? Cum autem ipsa
multarum legum ferendarum Suasrix fuerit (ut
Senatori haud turpe foret cytharistriam duce-
re; nimirum cum ipsa coram populo genero-
sæ sobolis ventrem ostentaret sæpius) ea prop-
ter facile intra triduum se Jurisconsultos pro-
fiterentur, si ejus pulvinar tribunal, umbili-
cus pulpitem, cristaque tripus foret: tum in-
tra divaricata vivi corporis folia, ocello pa-
tranti reperirent Titulum *D. de ventre inspi-
ciendo*, paragraphumque *§ supra reginam*, lu-
strarentque maceratis fracti ocellis, num in
antro illo quinque essent receptacula? ut

vult

vult Jurisconsultus: saltem infernum & purgatorium in fine tremens admiraretur visus acies. Nec enim quæstiones de Familia eriscunda, actionibus, stipulationibus, pactis aut transactionibus,

Nunquid nos agimus causas? civilia jura Novimus?

sed de Concubinato, Pellicatu, Polygamia, Adulterio meretriciaque disciplina movent sermones. Ita dum nihil agunt, male agere discunt, & longa otia amant culpam, culpa Venerem nutrit, quæ nisi assidua lectione tollas, non contemptæ jacebunt Cupidinis faces.

- - - - *Et ni*

*Horat. L. I.
Ep. 2.*

*Poscas ante diem librum, cum lumine, si non
Intendas animum studiis, & rebus honestis,
Invidia vel amore vigil torquebere.*

Gloriari otio iners ambitio est. desuetudo pigritiam, pigritia veternum parit, adeoque tolle otia, assiduoque auctores Classicos, Corpus Juris, Grotiumque *de Jure Belli & Pacis* pervolvito. nam *vita sine literis mors est*. Nulli turpius occupati sunt, quam qui libidini vacant. Maxima Studiosorum pars, aurigandi studio detinentur, & Sybaritarum cacoëthe delectati bona dant præsepibus, majoribusque impensis, Megarensium more, equos canesque suos erudiri cupiunt, quam semet.



Juvenal.

- - - - - dum pervolat axe citato

Flaminiam: puer Antomedon nam lora tenebat,

Ipse lacernatæ cum se jactaret amice.

Rotatiles inter catastropharum gyros duplicatos in sphæristerio, interque aleatoriarum vocum competitiones torpescentes à crepera luce ad concubiam noctem videbis, intra pulpita Academiæ autem argumentantes in *Celarent* audies. Combibonum collegia, crepitan- tium fistularum clangores, lyræque strepitus anteferunt exercitiis Academicis, interimque de fungino genere per omnes casus indeclinabiles creantur *Bottores*: O tempora! ô mores! Senatus *Hardervicensis* hoc intelligit. Multi enim interest,

Qui fuit
hic asinus,
non fiet il-
lic equus.

Colchis an Assyriis, Thebis promotus an Argis.

O Medici! mediam capitis pertundite venam!

Cantant, saltant, ludunt, jubam quassant simulatam, quasi equi acti de præsepibus, ea- que omnia ut teneræ *Cypridis* aræ litare possint.

Gloriari
otio iners
ambitio
est.

Quo Venus Cupidoque imperat suadetque

Amor;

Si media nox est, sive est prima vespera,

Si status condictus cum hoste intercedit dies,

Tamen est eundem quo imperant ingratiis.

Scortillorum blanditiis irretiti, præter propter

vi-

vitam vivunt, nec domi nec militiae sunt, horum cogitationes intra muros, domos & templa grassantur, subando cubilia tectaue per-

*Cedit amor
rebus, res
age tutus
eris.*

Sentit amans sua damna ferens, tamen haeret in illis,

Materiam culpa persequiturque sua.

Diem noctis expectatione perdunt, noctem lucis metu, praesentia odio prosequuntur, ventura cupiunt, praeterita celebrant, petita relinquunt, relicta repetunt, alternae inter cupiditatem & poenitentiam vices sunt. Anima cum magis sit ubi amat, quam ubi animat, adeoque a se ipso recte discedere & in alieno corpore degere, diceres. Eunt huc, hinc illuc, & cum illuc ventum est, ire illinc lubet. Si domi sunt, foris est animus, sin foris, animus domi est. Scorta onerantur phaleris, dephaleranturque equi; nam cum Dionysia sunt, confluunt ad Mimos & Sanniones, lymphatos denique & cerritos. Insaniam Circi, impudentiam theatri, acrocitatem arenae, Xysti vanitatem contemplantur. Lenocinante ad publicae auctoritatis vitia malo, Marentius exurgit, qui impudicitiam confessis ignoscit, dum nullus tum caste vivere possit, ubi in Cererem, Bacchum, Veneremque

omnis ruit turba, cunctæque coëunt, & fremitum sequuntur.

Ovid.

*Numina vulgares Veneris celebrate puellæ:
Multaque professorum quæstibus apta Venus.*

*Poscite thure dato formam populique favorem,
Poscite blanditias, dignaque verba joco.*

Diverforiorum pernities, macellique barathra
ubi animam debent, vorfuramque solvunt, ad
studia, quasi æris alieni emplastra, se conferunt,
mox receptis cambiis

Audentes Forsque Venusque juvat.

Tum omnes ferias, præter esuriales, observant,
quæque puella facit iis ingenium. ex
fessâ in recentem subinde transultant desultorii
equam. (vos D. Studiosi, ipsimet æqui estote
judices) Eja! euge! beate!

Una contentum pudeat me vivere amica:

Hoc si crimen erit, crimen amoris erit!

Quidam stata die Dominico comitia adeunt,
ut domicellas vel earum cosmetas subagitare
possint. Pedissequæ, famulo atque catello placent,
ut domicellæ commodum nacti, socio
motu super hanc illamve secure palpitent:

Usque adeo cupide Veneris compagibus hærent.

Nuper in antepotiis cujusdam sponsæ mirifica
plus satis nectaris gustatione initiatis, cœpit
unus candelam extinguere, quam cum nympha

pha

pha humo tollere vellet, clamitavit nebulo,
en recipe, hic est, prolatumque peculium por-
rexit avidæ: Hæc non perterrita, sed cava
manu sollicitans interpretem gannitu rancidu-
lo quirritavit:

Felix quæ strenuum vexabit sponsa maritum,

Et quæ te faciet prima puella virum.

Sed quis pudor, aut metus, aut legum reveren-
tia! Sub mantili Religionis (cujus obtutu
apud omnes gentes, etiam Judæos ut ex hi-
storia Aronis, filiorumque Heli [nec enim
loquor de ipso cultu, qui execrandis sceleri-
bus polluebatur, ut in Baalpehor Astartæ,
& Tammuts fieri solitum] & Nasone bene na-
sutis constat.

Nec te prætereant Veneri ploratus Adonis

Cultaque Judæo septima sacra Syro.

Ita etiamnum apud quascunque sectas, nihil
unquam vulgarius & impudicis destinationi-
bus vellicandis tutius, quam fucata religio,
qua quotidianæ nunc & extergentur noxæ)
venantur non in montibus & speluncis, sed in
templo puellas, ubi Venerem vagari & Chari-
tes ministrare, & procaci vultu ridere Cupi-
dinem, diceres. Dira ambitiosæ famis urigi-
ne agitati, per cancellos basia jactant, transf-
euntium virginum pedes diligenter & lente,
Theorano mercatorum mangonum more,

considerant, manum in obscœnum modum formatam porrigunt Nymphis, offerunt notantque maturas, earumque latus digitis velunt, pedemque pede tangunt. Cum eorum caro mellifluo calore & rore fluit, tum cum Amorum pædagogo opem implorant faucii:

*Tunc ego te cupiam domina tetigisse papillas,
Et levam tunicis inseruisse manum.*

Hæc omnia nec parcos Dei cultores & infrequentes latere possunt. Quidam tamen usque adeo peccato hoc originali infestantur, ut hieme dimissa concione prætextata elegidorum lectione, obscœnisque colloquiis, papillarumque lactentium contractatione tam valde promovent in puellis coitus appetitum, ut amarā dulcedinem in partu subire non recusantes, in plateis stante pede & pene se subagitari sinant, donec ventrem collatinum poplites vix sustinere possint. Adeo in publicum mista petulantia, & in omnium pectora invasit hæc libido, ut innocentia non rara, sed nulla esse videatur, ita scelus ubique contextum. Nulla ætas vacat à culpa.

*Propert.
L. 2. El.
30.*

Quo fugis ah demens? nulla est fuga, tu licet

Ad Tanaim fugias, usque sequetur amor.

Suet. c. 52. Cæsar Æthiopia tenus persecutus Cleopatram, imo ad Ægyptum penetrasset, nisi exercitus se-

sequi recusasset: Ipsa autem Regina, sequenti ^{L. 43,}
anno, post bellum Alexandrinum à Cæsare
confectum, Romam venit, asseverante Dio-
ne, & suffragantibus Hieronymo & Eusebio. ^{Olym. 184.}
Nunquam non sanctus ille puer, infidet libe-
ris mortalium collis, nusquam bene possunt
quiescere, cum pacati videntur, tum jactan-
tur, cruciantur, adeo ut, qui sint aut ubi com-
morentur, ipsi nesciant. Ut visu urit virgo,
ita & juvenis primo libidinis motu incenditur.
Dies noctesque illum amat, illum expectat,
illum desiderat, illum somniat Gaditana. Puer
lævis illam cogitat, illam sperat, illâ se oblectat,
cum illâ totus est.

Qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

Et quia nulla venit: Tu mihi somne veni.
Sappho Phaonem in somniis osculatur, Dido
Æneam noctu amplectitur. Arethusa ad Ly-
cotam:

At mihi quum noctes induxit vesper amaras, ^{Propert. 4.}

Si qua relicta jacent, osculor arma tua. ^{3.}

Verum nec faciles mollesque sunt somni, sed
nox annua tentis esse solet, dum nec placidam
quietem membris dat cura. Nullo dolore læ-
si, gemitus blatrant, pulvinumque interim la-
biis terunt. Clitiphon apud Achillem: *Dolori,*
ô Clinia, par esse nequeo: amor enim suum in me
furorem effudit omnem, nullumque somno locum

omnino mihi relinquit. Cum tamen amor plus
 fellis quem mellis habeat, amarumque ad sa-
 tietatem oggerat, nihilominus non securas vo-
 luptates, jucundosque metus, dulcemque ama-
 ritiem tam subeunt perditæ ut lubrico pityf-
 mate animam agere non recusent. Libido avi-
 dum frangulavit, abstinentem feminis copia
 suffocavit, illum palpitantem hernia decipiunt,
 hunc Veneri vota reddentem lumborum ruina
 sepelit: Illam equo lapsam properantes gan-
 nitus suffocant: adeo ut omnes Satyricon bi-
 bisse videamus, & si bene calculum ponamus,
 ubique naufragium est. Rabelais intra puellæ
 brachia indamnatum spiritum fatis impendit.
 Politianus adeo pronus ad libidinem circum-
 fertur, ut tento mutone animam egerit. Mar-
 tialis ad Juvenalem scribit, se non aliter vive-
 re, nec perire velle. & Petronius,

*Lib. 12.
28.*

*Sic erimus cuncti postquam nos auferet Orcus,
 Ergo vivamus, dum licet esse bene.*

*Una felicitas est bonæ vitæ, ait Seneca, Facere
 esse, bibere & frui patrimonio.* Sicut Canius Ju-
 lius apud Senecam, cum ad necem perducere-
 tur, adeo latrunculis addictus erat, ut Centu-
 rioni dixerit, *vide sodes ne post mortem mentia-
 tur se vicisse, nam ego uno eum antecedo, sic de-
 mum percussori cervicem intrepide præbuit:*
Ita multi, cum inexorabili fatorum necessitati
 suc-

Epist. 123.

succumberent, non potuere animam morti
mancipare, antequam ultimum Veneri votum
solvissent. ad amicam Naso,

*Non ego, si medius Polluce & Castore ponar,
In cæli sine te parte fuisse velim.*

Perpende Triumvirorum Veneris Sacerdo-
tum & Martyrum vota. Catullus ad Lesbiam:

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,

Rumoresque senum severiorum

Omnes unius æstimemus æsis.

Soles occidere & redire possunt:

Nobis, quum semel occidit brevis lux,

Nox est perpetua una dormienda.

Da mihi basia mille &c.

Tibullus,

Interea dum fata sinunt, jungamus amores,

Jam veniet tenebris mors adoperta caput.

Propertius,

Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore,

Nox tibi longa venit, nec reditura dies.

Epicurea hæc adhortatio, frequens apud Epi-
grammatum scriptorem. Quibus omnibus al-
bum calculum adjicit ipse impuditiæ Præco:

Me duce ad hunc voti finem, me milite veni:

Ipse eques, ipse pedes, signifer ipse fui.

Me mea disperdat, nullo prohibente, puella,

Si satis una potest: si minus una, due.

Sufficiam: graciles non sunt sine viribus artus.

*Veneris ne-
pos apud
Hierony-
mum in
Epist. ad
Rust.
Papæ! vi-
vere non
libet, &
fornicari
lubet.*

*L. 2, 59,
90. L. 4,
54. L. 5,
21, 60.
L. 7, 46,
64. L. 8,
44, 77.
Ovid. L. 2.
El. 10. A-
mor. &
L. 1. El. 5.
de Ponto
& Petron.
in Satyr.*

Pon-

*Pondere, non nervis, corpora nostra carent.
Felix, quem Veneris certamina mutua per-
dunt!*

*Dâ faciant, lethi causâ sit ista mei!
Induat adversis contraria pectora telis*

*Miles, & æternum sanguine nomen emat.
At mihi contingat Veneris languescere motu.*

*Cum moriar, medium solvar & inter opus;
Atque aliquis nostro lacrymas in funere dicat:
Conveniens vitæ mors fuit ista suæ.*

Quis mehercule liberrimam hanc insaniam ac dementiam non obstupescit? furorem ac phrenesin non admiratur? merito apud Theodoretum Antisthenes nullam dementiam flagrantiorum esse, quam amorem dixit. Nodosum hunc morbum nulla herba Medicorum filii tollere potuerunt, sed ipsimet omnem nervum intendunt, ut sibi et fonticarum puellarum natibus opitulari possint. Hypochondriacis, lienosis, melancholicis, pituitosis, & si Quartillæ Petronianæ sit fides, etiam tertianæ febrî conducit moderatus ille actus,

Quem socio motu fœmina virque ferunt.

Multas, quarum medullis summa cupido inhærebat, ad ultimam tabem redegit casta verecundia. Verinus equidem, ne se pollueret, mori maluit fatuus; sed cautiores Naso, Propertius, Proculus & Cleopatra, quibus nisi

*Valida con-
gressus suc-
cussatio
prodest
morbis.*

re-

repentino concubitu prudens Venus tulisset
opem, æterna tabe enervati, Libitinæ Ve-
neri gratæ fuissent victimæ. Ventrîs labem ac
tentiginem, quibus omnes Respublicæ miserrî-
me convulsæ, laceratæ ac protritæ jacent, ipsi
scelerum vindices, justitiæque sacerdotes,
succendiculis magis foverunt.

Et fora conveniunt (quis credere possit) amori,

Flammaque in arguto saepe reperta foro;

Illo saepe loco capitur consultus amore;

Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi.

Illo saepe loco desunt sua verba deserto:

*Resque novæ veniunt, causaque agenda
sua est.*

Hunc Venus è templis, quæ sunt confinia, ridet;

Qui modo patronus, nunc cupit esse cliens.

Adeo enim cuncti cæcitate animi percussi sunt,
ut nec intelligant delicta, nec intellecta plan-
gant.

Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum.

Creticus in Proculas & Pollineas, Labullas &
Carphinias, stupente Senatu & mirante popu-
lo, perorat. revocant leges amaras Veneri &
Marti timendas. Sed ante omnia deberent ci-
tari Julia, forsan & Scantinia. Sed quid miser
jura imploro? cum infandas libidines ita exer-
cuerint Gentiles, Judæi ac Christiani, ut eas
in Dei honorem referrent, eique tanquam gra-
tum

*Naso L. I.
de Arte.
adde Mart.
L. 5. Ep. 63.*

tum suffitum ac sacrificium offerrent? Hinc Cotytti, Bonæ Deæ, Isidis, Adonidis aliorumque arcana perspeximus & Cypriæ Veneris abstrusa initia evulgavimus, in Libro primo *de Prostibulis Veterum*. denique horum Mystarum personatos mores,

Introrsum turpes, specioso pelle decoros audivimus. Initiatorum orgiis, silentia parum decora, perscrutati sumus. Gnosticorum & Druidum Druyadumque commissa scelera atro carbone notavimus. Eleusiniorum Cereris, Cybelisque Megalesiorum artes callidas, & tegendis sceleribus obscuras denudavimus. Quid autem Draco ille vetus, libidinum incentor & auctor, per potestates idololatricas aliosque ministros, Priapum, Mutinum & Phallos operatus fuerit, sigillatim & ibidem profecuti fuimus. Sacra ubi pictura, quæ alterius sexus figuram imitata est, velari jubetur, & Megalesia, & Eleusinia nec ab inguine fuisse tuta, multaque aliorum secreta traduxi, quæ mystæ vix omnes noverunt: jocum risumque feci, quod Ascyltos & Encolpius *religiosissimis jurarunt verbis, inter se perituum esse tam horribile secretum*. Nudum istum puerum, qui mira manu nobis vulgo depingitur, alatum & pharetratum Cupidinem, apud inferos ac superos summum tenere principatum designo. Libidinis nequi-

nequitiaque omnis præstigiator Gentilibus
persuasit, ut τὴν ἀγέρολον κοσμοκράτορα
stoliditate cruoris & feminis, monstrositate
simulachrorum, & sacrificiis homicidiorum,
& coronatione virilium pudendorum, & mer-
cede stuprorum, & sectione membrorum, &
abscissione genitalium, & consecratione mol-
lium, & festis impurorum obscœnorumque
ludorum, venerentur. Maximus enim Deus
est amor, & ipsos etiam Deos, superos & in-
feros, medioximos, magnos, minutos & pa-
tellarios, cunctasque Deas vexari Cupidine vo-
luit. Quibus nihil aliud egit, quam ut pudor
hominibus peccandi demeretur, si tales Deos
credidissent.

Augustin.
L. 7. c. 27.
de C. D.

*Tantum miseri cur non exempla Deorum
Mortales sequimur, cur non communia tecta
Communesque thori.*

Quis exitis
homuncio
non faceret,
qua summs
Joves fa-
ctitant?

unde Lucianus & Juvenalis ubique subsannant
somnia hęc interpretamenta vitreaque fra-
cta, aliosque qui nebulas has in pariete pin-
gunt, explodunt.

- - - - leges revocabat amaras
- - - - Veneri Martique timendas.

Sat. 2.
6.

Adeone senuerunt Jupiter & Mars?

Et Seneca: Quid ergo est, quare apud Poetas
salacissimus Jupiter desierit liberos tollere? u-

Laëtant.
L. 1. c. 15.

K

trum



trum sexagenarius factus est, & illi lex Papia
 fibulam imposuit? Hinc scortis & adulteris lo-
 cum in cælo, in fastis diem attribuere, so-
 lemnesque ludos ac festivitates instituerunt,
 utque magis magisque Cacodæmonis sui ge-
 nio morem gererent, ac placerent, in delu-
 bris hortisque per vias & angiportus simu-
 lachra, tento terribilique palo veneranda,
 collocarunt. Obscœnarum picturarum sym-
 plegmatibus, spintriis, figuris, speculis con-
 cavis, tabellis, sigillisque cubicula instruxere,
 ne cuiquam in opera edenda exemplar impa-
 rati schematis deesset.

Propert. 2,

6.

Eurip.

Hipp. 5.

1003.

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas,

Et posuit casta turpia visa domo:

Illæ puellarum ingenuos corrupit ocellos,

Nequitiaque suæ noluit esse rudes.

Apud Arbitrum in Pinacotheca Eucolpius pic-
 turæ cujusdam contemplatione raptus, in so-
 litudine positus, exclamat, Ergo amor etiam
 Deos tangit? Hic aquila ferebat cælo sublimis
 Deum, illinc candidus Hylas repellebat impro-
 bam Najada: inter quos etiam pictorum aman-
 tium vultus omnes fabulæ habebant sine æmu-
 lo complexus. Pocula, vasa, & quæcunque
 utensilia, gemmas, toreumata infandis Vene-
 ris figuris cælarunt. Ita ut vina ex libidine
 hauriantur.

Nunc

Nunc veniunt subitis lasciva numismata nim-
bis,

Mart. l. 8,
77.

Nunc dat spectatas tessera larga ferās.

Ita in Veneris mysteriis ejusmodi nummos ab
initiatis almæ matri datos refert Clemens
Alexandrinus. Lasciva numismata veterum se
vidisse testantur Pyrrhus Ligorius & Car-
Patinus: quæ tamen exhibere vix audet eru-
ditus nummorum Cimeliarcha, proculdubio
ob Decretum Concilii in* Trullo. novi interim
doctos, qui nummos omnis notæ in ejus ga-
zophylacio se vidisse, mihi humanissime in-
dicarunt.

Ald. c. 144.
Tiber. N. C.
apud Tran-
quillum.
Vide Non-
nium in
Goltzii
Græciana
Δέσβη κ
Πεπραπ-
δίων.
* Can. 100.

Vidi artem veterumque manus, variisque me-
tallis

Viva modis, labor est auri memorare figuras.

Theatra, tabulis Elephantidis, Philenidisque
sigillis fuisse ornata, quis miratur? cum & ip-
sas nudas meretrices in iis varicasse pedes in
Floralibus diximus.

Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus

Et ride, positis scaphium cum sumitur armis.

Oscæ obscœnitatis turpitudines, impudicos
corporum gestus, infanda linguæ exodia ac
elegidia per plateas ingenti fremitu ejularunt.
A lubricis Floralium motibus licet averfabatur
morum Censor, cum vicina tamen puella stu-
pri consuetudinem habuit. Venerem gentis
suæ

suæ matrem agnoverunt gentium Domitores, eique aras & fana dedicarunt : verum ne huic soli viderentur thura offerre, & longis pitysmatum syphonibus opitulari, Bacchanalia, Saturnalia & Lupercalia lege mandata, noctibus & diebus strenue celebrarunt, iratos illi Deos existimantes, qui secutus continentiaæ viam desertam & incultam, atque frondibus & virgultis interclusam, voluptatem suis sensibus excluderet.

- - - - - *Omimbus ergo
Scorta placent, fractique enervi corpore gres-
sus.*

Lupanaria non in Suburra, sed & in Palatiis Principum, Deorumque delubris concessa & permissa sunt. Deos quoscunque nudos, Deasque stercutias coluit universus terrarum orbis, adeo ut sancti & prophani, ubique gentis suæ & famæ stragem ediderint, ut titillationis dulcedine frui possint. Quin imo tam albæ gallinæ nepotes, alique matris togatæ, patrisque ad speculum tonsi filii, quam strenui Martis alumni, toga sagoque inclyti, pudore scelerum & libidinum adeo indomiti exarserunt, ut scelere hoc perire quam vivere maluerint. Cum itaque nulla ætas, nullum tempus, nullæ personæ, nullæque religiones, nec ullæ leges sint, quas hominum
libido

libido atque incontinentia non contaminent, quis sibi non blandiri auderet, ea omnia æternitatis sollicitos desudare, ut blanda prole Rempublicam beare, nomen conservare, & imaginem suam in nepotibus, venustis futuri primordiis, contemplari possent? Verum enim vero, cur tener spado duceret uxorem, & cur Eunucho nuberet Gellia, nisi Lygdus mœchus & Lectoria turpior mœcha, quam uxor haberi vellet. Ubinam tamen rem penitus inspexeritis, non tantum ad vitium parvis magnisque civitatibus commune *κοινὴ διάζευξις*, verum ad atrociorē petulantiam & *ἀσελγείαν*, *λυδίαζεν*, *λεσβίαζεν*, aliaque scelera gloriosa, quæ nullos abortus, nullos foetus producunt, profligatos mortalium exoletos, videbitis, ubi dedecoras ac contumeliosas foeditates non abhorrerī, sed magnitudinem infamiæ à nonnullis concupisci, atque apud prodigos novissimam esse voluptatem, marcentis vulvas pandere & pytismate lubricare orbem cuiusque hystriculi, linguam fellatricem, irrumatum guttur, & sexcenta (collecta enim vitia per tot ætates diu in nos redundant, seculo premimur gravi) in Libris modo exaciatis, probaverim, quos cum Initiati avida fame expectent, tamen Assurii onagri, Cy-

Laurige-
ros inul-
tos, pau-
cos est
cernere
vates.

belis alumni, & Sileni ephippia, larvæ um-
bratiles, nocturni lemures, cum Timone rin-
guntur intra orchestram, meque conviciis di-
lacerant, quod prætextatis (ô stipites! sunt
verba necessitatis scapham scapham, ligonem
ligonem Romana simplicitas vocare solet &
debet) salaces eorum nequitias execratus fue-
rim dictis.

Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

Dum æmulari ipsis haud liceat aut datum est,
invident, nullique parcunt quam sibi, meque
præcipue portentis mendaciorum nugis læsê-
re. Plures interim inveni patronos, quam
Thebarum portas. Et cum homo ebriatus som-
no fanari soleat, nonne rabiem & phreneti-
cum furorem æquo tollerem animo, cum
maledicta oratione vulnerari vix soleam, la-
tratusque minorum catellorum securus ex-
audiam?

*Hostium uxores puerique cecos
Sentiant motus orientis Austri.*

Cum pare contendere anceps est, cum superiore
furiosum, cum inferiore sordidum, adeoque per-
ferendum & obdurandum. Quicquid hisce Lu-
canicis dixeris (pace vestra liceat dixisse) ole-
um & operam perdes. Nam è carceribus di-
missi cothurnata per Academiae pulpita levi
focco, tanquam canes è Nilo bibentes, cur-
runt

Rege præ-
fat. Men-
gii ad a-
mæn. juris,
cujus editio
est a denuo

runt & abeunt. Ne tamen ad Agnatos gen- in Germa-
nia typis
describi-
tur.
tilesque essent reducendi, non tantum ad imi-
sed nullius subsellii bidental delabuntur Ixio-
nis hi nepotuli: Tandem ex Stoa & Porti-
cu, ad madidas tabernas & fumificas in culi-
nas migrant, obscœnasque per vitam humili
sermone compotatiunculas frequentant, fi-
untque Auloedi, dum Citharœdi fieri non
possunt.

Vescatur siliquis, fruges qui spernit opimas.

Nulla virtute à vitiis redempti extramuranea
adeunt receptacula, ut ibidem cum Ambuba-
jis, bustuariis, schoeniculis, cetariis, olitoriis
& diobolaribus, quibus nec cophinus, cimex,
lodix, aut nudi grabati superest sponda, so-
cio motu lumbos movere possent. Cataclif-
tas & cosmetas, quæ morantur, dicendo
post paulo veniam, sed majori pretio, si vir
exierit, Gallis relinquunt, ne rem patris obli-
ment, vel tentigine rupti, pereant. hi sunt,
qui me bisulca occidunt lingua. Nec enim
ipse eos pipulo defero; verum ipsimet udis
labellis in sceleribus gloriantur cum Milite
glorioso. *Nescio tun' ex me hoc audieris an
non? nepos sum Veneris.* Et cum Proculo Pæti
hi, fractis ac patrantibus oculis, prona libidine
marcidis,

- - - Alea turpis,

K 4

Tur-

Turpe & adulterium mediocribus : hæc eadem illi

Omnia cum faciunt , hilares nitidique vocantur.

Dantur nihilominus præter Peribomios hos Æmilii Scauri, Encolpii & Catones, qui plebejæ Veneris vocabulis acerbas aures imbui detestantur, & interim eorum virtutes mero incalescunt, vel clanculum tota luce inter fœmineas cathedras segniter torpescunt, & in earum gratiam genua prensant, patiuntur se soleâ rubrâ (*soleâ pulsare nates* vetustissima inter Fratres sororesque consuetudo.

Cur tua fœmineo caduntur pectora socco,

Infamique manu barbula vulsa cadit.)

objurgari, titionibusque pingi, & longa fuligine perfricari; sic demum se totos penicillo, Satyrio tincto, opprimi. Quoties in cymba à Veneris nepotulo, vel extra eam ab Helcario mentio fit de usu formosarum, tam vehementer excandescunt Socratici cinædi, ficti Scauri, trepidi Stoicidæ, fucata Laroniæ, aliique hypocritæ, ut si quis eos intueatur, diceret aliquos ex Essenis, interim moribus probi, obscœne vivunt. Sed quid multis ingrata, eaque unicuique, cui emuncta tantisper naris, nec pepo plane pro corde fuerit, nota revolvo. Ultrajectinum Sphæriste-

sterium palmarium, Medioburgensis Abbatia, Rapen-
aquave Molaria, Pistrinum hoc Lugdunense, & Voorhout
Hagiensis Sylva, parietibus septa, furiosa Riva- Palmacie-
lium æmulatione, & libidine opum populatri- baan.
ce detrita, satis superque docet, arva rapinarum
ificiis esse ferruminanda.

*Namque eadem summis pariter minimisque
libido est.*

*Nec melior pedibus silicem quæ conterit atrum
Quam quæ longorum vehitur cervice Syro-
rum.*

Nec enim nunc Romæ Suburrain & Summœ-
nium, Venetiarum Caperram, Parisiorum la
Friperie, Londini Lincon S'fiels aut Monfiels, Summœni-
ana infima
de gente sub
dio meren-
tes.
Antverpiæ Plateam cochleariam, Amstelodami
nuptias Anabaptistarum (sciunt Veneris Marty-
ris πολυτεύλητον

*Itala concubitu suavissima, Galla loquelis,
Anglica, complexu Belgica, sola dabit.)*

& Oenophorum Stalarium, aut hujus commatis
plura, quæ assiduo tramite fricti ciceris & scri-
torum emptores, quique variis discursibus atrum
terunt silicem, iter faciunt, in partes voco.

- - - - *Quis enim non vicus abundat*

Tristibus obscænis.

Titulos nominaque fornicum & cellularum no-
rint alii, quos de arena ruina dimisit. Audivimus
sub viridi fronde nuper ejulantem,

Ab quoties digitis, quoties ego tecta notavi!

Signa supercilio pene loquente dari?

*Longa veste
& curta
sciencia.*

Nocturnus frater tempora adoperta Santonico velat bardocucullo, Cercopithecorumhanc penulam abhorret foror, ideo illa jubet sumta Japonensi toga juvenem properare. vestiti scortifacies & ipsi placet nec diu hæret, sed marsupium, muccinium aut manicas & balthcum, quin & Justiniana vel Hippocratica opera, aut manuale Pasoris

- - - - donat Cavina Catiene

Ut semel atque iterum super illam palpitet.

*Nocte quidem: sed
Luna videt,
sed sidera
testes intendunt
oculos.*

Eccl. 7, 5.

Quid ergo examina Juvenum & Vatum, pavens quasi damula, extimescerem? Quid itaque & Aristarchum aut Zoilum, κνώτερον Cynulcum aut Orbilium, Vallam aut Ithyphallicum Scioppium aut Robortellum vererer? Luculentur quicquid velint dementes, modo non dementent Proceres: me conveniant, tantum abest, ut scribi contra me nolim, ut id etiam maxime optem utpote qui notitiam boni & æqui profiteor. Melius est à sapiente corripì, quam stultorum adulatione decipi. Facilius est *μωμεία* quam *μυμεία*. Fateor & purpureum ostrum honestiorem aut turpiorem quemvis facere:

*Stultitiam
patiuntur
pès.*

Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.

ve-

verum enim vero, plerumque Vitellii ac Ca-
nini Gallii & L. Bestiae nanciscuntur Cali-
gulam patronum, qui corruptis suffragiis vel
ambitu evehuntur ad sublime Puteal, inter-
que ipsa Decurionum subsellia, cum Apuleji
asino, munera subeunt. O Domine libera me
ab iis, qui unicum per vitam legere codi-
cem, iisque me subduc bubulcis iudicibus,
qui pede quam consilio proprio succenturian-
tur assessori: tum nec Moimum nec Mimum,
Heraclitum, aut Democritum, Argum aut
Briarëum verebor, nec enim,

Multi ad-
vocati pau-
ci electi.

Qui adeo
vecors fuit,
ut equum
summa Con-
sulem P. R.
designaret
apud Tran-
quillum.

*Falsus honor juvat, aut mendax infamia
terret.*

Conscia
mens recti
famae men-
dacia vi-
det.

Vos interim Initiati (ne Orestes vel Venus
nostra punita supra terga finiatur) dilecti,
amici ac fautores, quibus solis rationem otii
mei reddere volui, (non ut decempedâ tu-
midum Antimachum aut Colophonium Di-
dymum, sed lineam XXI punctis coadunatam,
majoris operis de Prostibulis Veterum
τύπωσιν ἢ ἀνακεφαλῶσιν & si velitis calcem
sine arena, acetabulo metimini) utpote De-
liaci pallida ora uncaque execrantes manus,
non læva sed æqua cogitate mente, me hæc
omnia, quæ liquere vix dicetis, sic arbitrari.
Nolo enim ὑποφρονεῖν παρ' ὃ δὲ φρονεῖν.

Satius est
otiosum esse
quam nihil
agere.

Quæ

*Sic &
Grotius in
lib. de Jur.
Bell. &
Pac. in fi-
ne prole.*

Quæ, Lector humanioribus orgiorum arcanis
initiate, injusta, nefasta, vitiosa, dirave de-
fixeris, ea irrita, infecta nec dicta funto.

Nam volo, judicio stetque cadatque tuo.

Πολλάκι χὲ κήπερ ὅ ἀνὴρ μάλα καί-
ριον εἶπεν.

E X P L I C I T.

Lucretius.

*Nec mea dona tibi studio disposta fideli,
Intellecta prius quam sint, contempta relinquas.*

MAR-

MARTIALIS.

*Majores majora sonent: mihi parva lo-
cuto*

Sufficit in vestras sæpe redire manus.

Si nimis videor, seraque coronide longus

Esse liber: legito pauca, libellus ero.

Non opus est nobis nimium lectore guloso;

Hunc volo, qui fiat non sine pene satur.

OPISTHOGRAPHUM

in ima cera. ERRATA, quæ

Auctore absente & invito, irrepsere,
sic verso stylo illinere & liturâ emendare
poterit Benevolus Lector.

Pag. 23	imperitum:	impertitum.
24	pupillæ:	papillæ.
39	suâ.	ipsius.
102	regnante; sub:	regnante, (sub:

Sed limites pro ratione æquoris papyracei fi-
gere cogor, adeoque plura, quæ addi & mu-
tari possent, monere plena interdicit libri
margo. Initiati orandi vel exorandi mihi, ut
tralatitii reminiscantur effati: *Omnia habere
memoriam & in nullo aberrare non esse mortalis
constantia, sed infallibilis Divinitatis*: qui si
sphalmata mea, crudo ingenio protrusa, amice
commonefecerint, me gratum invenient cli-
entem: cum omnes mortales, immortalitate
licet dignos, errasse sciam. Homines sumus,
omnesque deceptionis gustamus latices: mi-
nutiora itaque candidi Lectoris humanitati
commissa sunt. Stolidissimi syllabarum aucu-
pes pariter ac morosi Cuminifectores, qui de-
mersos ad quodcunque rodent unguis caput-
que

que scalpent, sciant humanum esse errare,
audiantque acuti Hispani patrocinium:

Non meus est error, nocuit Librarius illis.

FLACCU S.

Virtus repulsæ nescia sordidæ

Intaminatis fulget honoribus

Nec sumit aut ponit secures

Arbitrio popularis auræ.

FINIS.

IUM

æ

epferè,
endare

(sub:

racei fi-

& mu-

rit libri

mihi, ut

n habere

mortalis

qui si

, amice

ent cli-

rtalitate

sumus,

s: mi-

manitati

n aucu-

qui de-

s caput-

que




ULB Halle

3

004 764 080





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

